



# Jodoci Heringa El.fil. Disputatio de codice Boreeliano, nunc Rheno-Trajectino ab ipso in lucem protracto

<https://hdl.handle.net/1874/21519>

Bibl.  
W. 591

# DISPUTATIO

DE

CODICE BOREELIANO, NUNC RHENO-TRAJECTINO.

JODOCI HERINGA EL. FIL.

DUM VIVEBAT, THEOL. DOCT. ET IN ACAD. RHENO-TRAJECT. PROF. ORD.

DISPUTATIO

DE

CODICE BOREELIANO, NUNC RHENO-TRAJECTINO,

AB IPSO IN LUCEM PROTRACTO.

EDIDIT

HENR. EGB. VINKE,

THEOL. DOCT. ET IN ACAD. RHENO-TRAJECT. PROF. ORD.



Trajecti ad Rhenum,  
apud KEMINK ET FILIUM.

MDCCXLIII.

L. S.

H E N R. E G B. V I N K E.

---

Quicunque Jodocum Heringa El. fil., virum clarissimum, cognoverunt, hi uno omnes ore lubenter fatentur, *tum* singulari prorsus valuisse illum ingenii acumine, et cura in dicendo scribendoque posita, *tum* summa eum veneratione erga sacros veteris novique Foederis libros fuisse ductum. Qua duplici ingenii animique virtute factum est, ut illam disciplinae Theologicae partem, quae, *Critica dicta*, in constituenda germana librorum s. lectione in primis versatur, magnopere amaret et coleret. Quod patuit non modo in initio publicae ejus vitae, verum etiam in fine. Nam cursum vix ingressus fuerat, quum disputationem conserveret *de usu et abusu critices, libris s. explicandis adhibitae*, quam societas Hagana pro vindicanda religione Christiana summo praemio ornavit (1790); ad finem vero vitae, cum admodum senex esset, et accuratissimam dedit censuram novae editionis Prolegomenorum in N. T. ed. a Wetstenio, quam editionem Lotzius v. cl. procuraverat, (Vid. *Godgel. Bijdr.* 1832, t. VI, p. 781—849), et subtilem *disputationem* in lucem emisit de Ludov. Casp. Valkenaerii sententia, qua *Interpretes N. T. Belgae doctorum virorum conjecturas, nullo etiam Codice confirmatas, in versionem suam recepisse dicuntur* (lectam d. XIX m. Oct. 1835, ins. vol. VI *commentt. Lat.* Classis 3<sup>ae</sup> Instituti Regii Belg.). In primis autem ultimo vitae tempore summam operam adhibuit examinando et conferendo Codici quatuor Euangeliorum,

literis uncialibus scripto, quem, inspiciendi causa, a nobiliss. Roukensio JCo. mutnum acceperat: nec dici potest, quanto affectus fuerit gaudio Vir desideratissimus, cum quotidie magis magisque sibi persuaderet, ipsum hunc codicem esse *Boreelianum* illum, quem Wetstenius litera F. notavit; sed de quo neque ille, neque ullus post eum rescribe potuit, ubi lateret. Qua via atque ratione hic thesaurus illi innotuerit, et quae Codicis fata fuerint, non est, quod hic exponam, cum cl. defunctus ipse, Disput. p. II. p. 20, 21, quoad ejus fieri potuit, ea tradiderit. Quid mirum, nihil eum magis in votis habuisse, quam ut detectum a se thesaurum in lucem protraheret, suasque animadversiones cum orbe eruditio communicaret. Sed, eheu! consilium exsequi non potuit; nam inopinata morte ex hac terrestri vita in beatorum sedes translatus est.

Accepta igitur chartarum, cl. defuncti manu scriptarum supellectile, quam *et* duobus ipsis filiis, *et* mihi donaverat, mox manus operi admovi. Nam absolverat quidem illud vir cl., sed ita absolverat, ut non pauca perficienda restarent. Contulerat totum Codicem; perfecerat ejus Indicem; ipsa adeo Codicis simulaera, quae ad calcem hujus libri adjecta conspiuntur, lithographice depingi curaverat. Sed in collatione hic illic Codicem iterum inspiciendum atque annotationem curatius faciendam esse monuerat. Deinde Codicis indicem alia, quam primum quidem constituerat, ratione factum, non ulterius quam ad Marc. I : 1 absolverat. Unde patet, cl. Davidem Schulz, in cens. ed. N. T. Tischendorfiana (V. N. Jen. Allg. Lit. Zeit. 1842, no. 145) minus vere dixisse, se jam a. 1839, Trajecti ad Rhenum degentem, totum opus nitidissime scriptum vidisse, ita ut typis mandari posset. Quae igitur cl. Heringa nondum perfecerat, haec ego absolvvi. Ubi in variarum lectionum recensione: *haec curatius*, scriptum videbam, ipsum Codicem contuli, atque notanda curatius notavi. Deinde paucissima, quae a cl. defuncto omissa inveniebam, addidi. Porro nonnulla adjeci annotata, addita litera V., quae tamen bene distinguenda est a lit. V. Cod. Mt. nota. Tum Indicem Codicis, collato ipso Codice, novamque, quam sibi ipse rationem posuerat Vir. cl., secutus, inde a Marc. I : 1 perfeci. Denique cuncta sic disposui, ut tota disputatio in quatuor partes sit divisa, quarum

- I. exhibetur *Descriptio Codicis Rheno-Trajectini* p. 1—16.
- II. probatur, *Codicem Rheno-Trajectinum descriptum esse Codicem Boreelianum* p. 17—30.
- III. datur *Index Codicis Boreeliani, nunc Rheno-Trajectini* p. 31—46.
- IV. denique traduntur *Variae Lectiones* p. 47—103.

Verbo monendum esse videtur, cl. defunctum contulisse nostrum Codicem cum lectione recepta, quam Griesbachius edi curavit in ed. N. T. 2<sup>da</sup>: quae tamen nonnumquam ab *Elzeviriana* a. 1624 discedit: unde hujus quoque subinde mentionem fecit. In re censendis autem variis lectionibus, a Wetstenio quidem notatis, sed a Criticis, qui post eum floruerunt, omissis, (Vid. p. 22 sqq.), non memoratur editio N. T. *Tischendorfiana*, quippe quae nondum prodiisset, cum cl. Heringa haec scribebat. Addere equidem jam potuisse, ipsas has lectiones ad unam fere omnes a *Tischendorfio* quoque praetermissas esse; sed legantur, quae Vir. doctiss., ad hanc rem spectantia, scripsit Prolegg, p. LV—LVII.

At dicat fortasse quis, nimium fuisse cl. defunctum in notandis variis lectionibus, cum vel minutissima, manifestos adeo errores commemoraverit. Sed in hisce rebus non facile nimium datur. Nam valent illa ad Codicum indolem cognoscendam. Quid? quod Heringa non tam evidenter probare potuisset, nostrum Codicem eundem esse, atque *Boreelianum*, nisi Wetstenius minutissima quoque notasset.

In corrigendis speciminibus opem mihi ferre haud recusavit cl. Herm. Boumannus, Collega conjunctissimus, quod gratus agnosco; at vel sic tamen non omnia menda sunt sublata. Nam

p. 7 l. 8 legitur <i>ἰσραὴλ</i>	pro <i>ἰσραὴλ</i> ,
» » 10 » <i>ιτεραῖ</i>	» <i>literae</i> ,
» 22 » 15 » Matth. IX : 5 » Matth. X : 5,	
multisque locis * desideratur, ubi fuerat praefigendus, e. c.	

p. 47 ante <i>ἱματίον</i>	
» 48 » <i>αὐτῷ λέγω</i>	
» » » <i>διεφήμισαν</i>	
» » » <i>ἐξβάλετε</i> caett.	

Quorum tamen asteriscorum omissio magnam partem inde explicanda est, quod cl. defunctus primum ea tantummodo hoc signo distinguere constituerat, quae a Griesbachio ex aliis Codd. nondum notata essent; deinde vero illorum etiam rationem habuit, quae a Wetstenio quidem notata essent, sed a Griesbachio omissa: quod statim neque animadvertis, nec animadvertere potui.

Unum addendum restat, ut intelligatur, quare Codex *Boreelianus* a me dictus sit *Rheno-Trajectinus*. Scilicet quam primum hunc thesaurum cognovi, flagravi desiderio,

VIII

Bibliothecae nostrae Academicæ illum acquirendi: quod desiderium eo magis me cepit, quo magis considerabam, *cum* nostrates, quod monuit cl. Heringa disput. p. 20, in nulla patriæ Bibliotheca, sive publica, sive privata, habere sacrorum librorum Codicem, literis uncialibus scriptum, *tum* qualem operam Heringa in examinando ac conferendo hoc Codice posuerit. Itaque, approbantibus Academiae Curatoribus, VV. amplissimis, cum nobil. Roukensio per literas, ad illum datas, de emendo Codice egi, hoc successu, ut *et* hujus viri humanitate, *et* Curatorum liberalitate Codex *Boreelianus*, in Bibliothecam nostram Academicam translatus, jam Codex *Rheno-Trajectinus* recte dicatur.

Tu autem, L. B.! grato accipe animo hoc desideratissimi viri opus: quo edendo *et* ipsius desiderio satisfeci (quod plurimum apud me valet; nam summo illum, praeceptorem optimum, eundemque amicum integerrimum prosecutus fui amore, et etiamnum prosequor) *et* vero etiam multorum virorum doctiss., nominatim Schulzii et Tischendorfii desideriis satisfacio. Quod si quis quaerat, quare nunc demum hoc opus in lucem prodeat, is sciat, morae causam adversis librarii, qui prior edendi curam in se suscep- perat, fatis esse tribuendam.

Scripsi Trajecti ad Rhenum d. 18 m. Febr. a. 1843.

## I.

# DESCRIPTIO CODICIS RHENO-TRAJECTINI.

Codex Euangeliorum *Matthaei*, *Marci*, *Lucae* et *Johannis*, quem describimus, sine versione aut scholiis, Graece scriptus est in membrana crassiori, formae quadratae oblongae: nunc vero valde mutilus.

Supersunt enim non nisi ducenta et quatuor folia, et foliorum tredecim fragmenta. Comparatis Euangeliorum partibus, quas singula folia residua continent, cum iis, quae perierunt, coniicio, deperdita esse, praeter abscissas partes, integra folia centum et quadraginta.

Quae perierunt, certe nos latent, sunt haec:

Matthaei octo priora capita.

- » IX: 11, 12 φα [ρισαῖοι usque ad ἵσχυοντ]ες
- » » 12. [ἄλλ' οἱ] ἐ[χον] τες.
- » » 13. πορευ [θέν] τες
- » » 13, 14. καλέ [σαι δικαίους, u. a. φαρισαῖοι νηστ] εύομεν
- » » 15, 16. [ἐλεύσονται u. a. δάκους ἀγνά] φου [ἐπὶ ἴματ]ω
- » » 17, 18. [οἰασκοὶ καὶ u. a. αὐτοῖς. Porro laceratum folium haec exhibet:  
*ιδον*  
*προσηλ*  
*ι. προσεκ*  
*αὐτῷ λεγω*  
*τι ἡ θυγάτηρ*
- » X: 28. τῶν — γεέννῃ.
- » » 30—32. ἡριθμέναι — αὐτῇ
- » » 33—35. μον — αὐτοῦ καὶ
- » » 37—39. ἡ μητέρα — ἀπολέσει


№ I.

Α  
Β  
Γ  
Δ  
Ε  
Ζ  
Η  
Φ  
Ι  
Κ  
Λ  
Μ  
Η  
Ξ  
Θ  
Ο  
Π  
Ρ  
Σ  
Τ  
Υ  
Φ  
Λ  
Τ  
Ω

II.

Α Β Ε Ζ Σ Θ  
Κ Ζ Ο Ρ Υ Τ Φ

III.



IV.

Ἔ Σ Τ Α Ι Ο Κ Λ Α Υ Φ  
μ  
ο  
ε

V.

Ά  
Ϊ  
Ϋ  
Ϊ

VI.

Α Β Η Ι Σ Η Μ Η Μ Η  
Τ Η Τ Η Φ Υ Τ Θ Ο

VII.

Κ  
κ  
κ  
τ  
τζ  
ά  
λισ

VIII.

Ο  
ε  
ι  
ϊ

IX.

Τ Ε Κ Ν Ι Α Ε Τ Μ Ι Κ Ρ  
Τ Μ Ε Φ Υ Μ Ή Ν Ε Μ Ε  
Ζ Η Τ Η Μ Ε Τ Μ Ε Κ Α Ι  
Κ Α Φ Ω Σ Ε Π Ο Ν Τ Ο Ι  
Ϊ Ο Ψ Δ Α Ι Ο Ι Ε Τ Ι Ο  
Π Ο Ψ Υ Π Α Γ Χ Ε Γ Ή  
Ύ Μ Ε Σ Ο Ι Δ Υ Ν Α Φ Ε  
Ϊ Λ Φ Ε Ι Η Κ Α Ι Υ Μ Ε

X.

Π Α Σ Τ Υ + τ ά υ τ α  
λ έ γ ω ν ε φ ω ν ε ο ε χ ω ν  
ώ τ α ι κ ο ύ ε ι η ι κ ο ύ ε τ ω ν

XI.

Ι Κ Α Π Ρ Ο Σ Κ Α  
Λ Ε Σ Α Μ Ε Ν Ο Σ  
Π Α Ι Δ Ι Ο Ν Ε  
Σ Τ Η Ν Ε Ν Ε Ν  
Λ Ε Σ Χ Α Υ Τ ω  
Κ Α Λ Ε Π Ε Ν

XII.

Σ  
— Ο Δ Ε Ε Π Ε Β Α  
Λ Ο Ν Ε Π Α Σ Τ Ή  
Τ Α Σ Χ Ε Ι Ρ Α Σ Τ Ή  
Ι Κ Α Λ Ε Ι Ρ Α Σ Τ Σ Α Ν  
Δ Υ Τ Ο Η  
Ξ

**Matthaei XII: 1—44.** ἐπορεύ[θη — εξῆλ]θον.

- » XIII: 44—46. 52—54. Particulae folii lacerati, quod v.
- » » 55—XIV: 9. λέγεται — ὄφους
- » XV: 20—31. φαγεῖν — τοὺς
- » XX: 18—XXI: 5. δοθήσεται — ἐπὶ

**Marc. I: 42—II: 8.** καὶ εἰπόντος — καὶ εὐθὲως

- » II: 23—III: 5. παρα[πορεύεσθαι — εξέτεινε]
- » XI: 6—26. κα[θὼς — τοῖς]
- » XII: 33, 34. Θυ[σιῶν — ἰδὼν αὐτὸν
- » » 36. ἀγίῳ — κυριῷ μου·
- » » 38. [ἐν στολαῖς — ἀ]σπασμοὺς
- » » 41. γαζοφυ[λακίον — ὄχλος
- » XIV: 54—XV: 15. τῶν — παρέδωκε
- » XV: 39. παρεστηκὼς — Euang. fin.

**Luc. I: 1, 2, 5, 6, 7, 8.** Particulae folii abscissi, quod v.

- » » 9—41. [εἰσελθὼν — ἀσπα]σμὸν
- » II: 13—III: 2. στρατιᾶς — ἐγένετο
- » III: 21—IV: 8. [καὶ Ἰησοῦ — Καὶ ἀπὸ] κοιτεῖς
- » V: 12—30. πεσὼν — ἐγόγγυζον οἱ
- » » 33, 35, 36. Paucae abscissae sunt literae.
- » VI: 1—VII: 8. Ἐγένετο — εἰμι
- » VII: 26—37. περισσότερον — ἀμαρτωλὸς
- » VIII: 6—15. ἐπὶ — ἀγαθῇ,
- » » 32—51. ὅρει — πέτρον καὶ
- » » 51 et IX: 3. Paucae literae sunt abscissae.
- » IX: 6—26. καὶ — ἀγίων
- » » 27. [βασιλεῖαν — τῷ προσ] εὐχεσθαι
- » » 30—32. συνε[λάλουν — ὑ]πώ·
- » » 33—34. διαχωρίζεσθαι — Ταῦτα δὲ
- » » 34—44. νεφέλην — ὄντα
- » » 54—X: 13. Ἰάκωβος — ὑμῖν
- » X: 14—16. Σι[δῶν — με.
- » » 17—19. δαιμόνια — ἐχθροῦ·
- » » 20—21. τὰ πνεύματα — σοφῶν

- Luc. X: 21—34. *οὐτῶς — ἔλαυνον*  
 » XI: 23—XII: 6. [*Οὐ μὴ ὄν — ἐνώπιον*]  
 » XII: 19—20. [*τῇ — ἀπαι*] *τοῦσιν*  
 » » 22—23. *αὐτὸν — ἐνδύματος*.  
 » » 24—26. *πότερον — τῶν*  
 » » 27—XIII: 14. *δόξῃ — ὅτι τῷ*  
 » XIII: 24—XIV: 18. [*ὅτι — πατέρων*]  
 » XIV: 28—XV: 4. *ἀπαρτισμόν; — ἀπολωλός*  
 » XV: 6—7. *συγχάρητέ — μετανοοῦντι*,  
 » » 8—9. [*λύκου — συγχάρητε*]  
 » » 11—12. *ἄνθρωπός — βίον*.  
 » » 14—XVI: 3. *αὐτοῦ — μον*  
 » XVII: 14—XVIII: 14. *ἐκαθαρίσθησαν — ταπεινῶν*  
 » XVIII: 28—41. *ἰδοὺ — ποιήσω;*  
 » XIX: 37—XX: 12. *Ἐγγίζοντος — τῷτον*.  
 » XX: 21—XXI: 27. *ἐπὶ — πολλῆς*.  
 » XXII: 4—6. [*Καὶ απελθὼν — αὐτὸν*]  
 » » 8—10. *Ιωάννην — κερά*]*μον*  
 » » 11—13. [*οἰκτοῖς — αὐτοῖς*].  
 » » 15—17. [*πρόδος — ποτήριον*,  
 » » 32, 33, 34. Abscissa folii parte, paucae literae desunt.  
 » » 39, 41, 42, 43. Abscissa folii parte, nonnulla perierunt.  
 » » 43—XXIII: 11. *αὐτόν. — Ἡρώδης*  
 » XXIII: 36—51. *[αὐτῷ. Καὶ λέγοντες — Α]ριμαθαίας*  
 » » 53—54. *καὶ θελὼν — σάββατον*  
 » » 26—XXIV: 1. *ἡ[τοίμασσαν — τὸ*  
 » XXIV: 4—5. *Καὶ ἐγένετο — κλινουσάν*  
 » » 5. *προσω[πον εἰς]*  
 » » 19—44. *οἱ — ὑμᾶς*
- Joh. I: 1—3. *καὶ ὁ λόγος — αὐτοῦ ἐγένετο*  
 » » 5—7. *Καὶ τὸ — Οὗτος ἦλθεν*  
 » » 8—10. *μαρτυρή[σῃ — ἐγένετο]*  
 » » 12—13. *γενέ[σθαι — ἀνδρός]*  
 » III: 3—14. *εἶπεν — ὅφειν*

- Joh. IV: 24—38. [ἀληθείᾳ — ἀπέστει] λα  
 » V: 7. Deletae sunt literae [εἰς τὴν] κολυμβήθ [ρα] ν.  
 » » 16. Nonnullae literae sunt deletae.  
 » » 18—38. ἐγένετο [τοῦ — αὐτοῦ]  
 » VI: 39—63. θέλημα — Τὸ πνεῦμα  
 » VII: 18, 19. Quinque linearum literae ultimae sunt abscissae.  
 » » 21—22. θαύματε — ἐν  
 » » 24—25. Μῆν — ἔστιν  
 » » 27, 28. Duae literae primae duarum linearum abscissae.  
 » » 28—VIII: 10. οἴδατε, καὶ — θεασάμενος  
 » X: 32—XI: 3. διὰ — πρὸς  
 » XI: 40—XII: 3. Θεοῦ — αὐτῆς  
 » XII: 14—25. ἐστι — μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ  
 » XIII: 34. ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς — Euang. fin.

Foliorum altitudo est duarum palmarum et octo pollicum, latitudo duarum palmarum et totidem pollicum Belgicorum. Utramque vero maiorem fuisse, docent nonnulla literarum et picturarum fragmenta, in superiori et exteriori margine residua, abscisis eorum partibus.

Folia in quaterniones distincta sunt. Compactus fuit liber: nunc vero folia, ligaturā suā privata, asservantur in theca, e charta crassiori et corio confecta, libri formam externam referente, cuius dorso inscriptus est hic titulus: *Manuscript. Evang. Graecum saeculi noni.*

Singulae foliorum paginae in duas divisae sunt columnas, quarum altitudo est duarum palmarum: latitudo, definita lineis rasis, sex pollicum. Spatium inter utramque columnam medium, est pollicum duorum.

Singulis columnis inscriptae sunt undeviginti lineae, quibus saepe accedit linea vigesimae, raro primae et vigesimae pars, formam, non usum habens custodum, qui dicuntur, a hypothetis adhibitorum.

Literarum forma, eleganter scripta, sibi per omnes codicis partes constat. Sunt autem unciales: non tamen quadratae in H. M. N. II nec rotundae in E. Θ. O. C. Φ; sed oblongae et erectae: cuiusmodi literae saec. octavo et nono fuere scriptae. Atque huic aetati convenient quoque literae Δ. et Θ. Utrumque docet Bern. de Montfaucon, *Palaeogr. Gr.* p. 230, 231. Convenit igitur scriptura proxime cum codicibus quatuor, quorum specimina aeri incisa exstant. Unus est codex Euangeliorum Cyprius, in Bibliotheca regia Parisina, cuius simulacra dederunt, e variis, neque admodum sibi invicem similibus, codicis locis sumta, Montfauconius, pag. 232 coll. p. 231 et 41, et Joh. Mart. Augustinus Scholz, in *Curis criticis in historiam textus Euangeliorum*, Heidelb. 1820 ad calcem libelli; quorum ille codicem octavo circiter saeculo, hic nono, scriptum putat. Alter est Euange-

listarii, cuius specimen e codice, in Anglia conservato, Jo. Ern. Grabe misit Montfauconio, id ipsum exhibenti in lib. I. p. 513, 514, ubi: «etsi», inquit, «character uncialis desiisse videatur in fine noni saeculi, aut ineunte decimo, pro libris tamen, Ecclesiae usui deputatis, character uncialis in usu fuisse comperitur decimo, imo etiam undecimo saeculo.» Hoc autem Euangelistarum sub finem saeculi decimi scriptum dicitur in ipso codice. Tertius est Euangelistarii, in Bibliotheca Synodica Mosquensi, quod contulit Christ. Frid. de Matthaei, cuius et iconem videndum praebuit in tabula, affixa Pauli epistolis ad Thess. et Tim. Graece et Latine editis, Rigae, 1785. Conf. pag. 252, 253 ubi confidenter: «hoc video,» inquit, «eum scriptum esse ante seculum VIII.» Quartus est Vaticanus 354 a Birchio collatus, Euangelia exhibens, (Griesb. S) scriptus a. 949, cuius imaginem dedit Josephus Blanchinus, in *Euangeliario quadrupl. Lat. vers. Rom. 1749. Tom I, Tab. VI.* post pag. CDXCII.

Literarum altitudo est pollicis dimidiati Belgici: exceptis  $\mathcal{A}$ . $\mathcal{Z}$ . $\mathcal{E}$ . $\mathcal{P}$ . $\mathcal{Q}$ . $\mathcal{X}$ . et  $\Psi$ . quae productae sunt infra lineam.

Singulae lineae, siquidem sint plenae, constare solent literis undecim, duodecim, tredecim vel quatuordecim, raro etiam paucioribus vel pluribus. Scriptae autem sunt continua serie, nullo inter voces admisso spatio. Saepius literae excedunt fines lineae, sive *ineuntis*, sive *exeuntis*.

*Ineunti* lineae praeponuntur literae paulo maiores, quandoque etiam duplo vel triplo grandiores, quibus singulae pericopae et sectiones minores ita indicantur, ut novae lineae litera prima, quae, vel ipsa pericopae sectionisve initium facit, vel inchoatae proxime subsequitur, maiori forma scribatur. Aliquando ornatior est litera, ut Marc. IX, 2 K<sup>1</sup>). Nonnunquam vero librarius hanc neglexit indicationem, prout factum esse constat, Matth. XI: 27. Raro literam maiorem praefixit, non primae, sed secundae lineae, quae inchoatam pericopam vel sectionem sequitur: cuius rei exempla sunt Matth. XXVI: 24, XXVII: 54, 59.

Terminos linearum finales saepe excedunt una vel paucae literae, in quibus desinit vox vel syllaba, quam noluit scriba abrumpere. Raro, in ultima columnae linea, duea vel tres postremae literae aliae aliis ad perpendiculari modum subscribuntur, prout factum est Matth. XIII: 42, Marc. V: 2, XIII: 4.

Haec parsimonia peperit etiam scribendi compendia. Neque ea tantummodo, quae in vetustis Novi Foederis libris vulgaria sunt:  $\overline{\mathfrak{t}s}$  pro  $\theta\epsilon\delta\varsigma$ ,  $\overline{\iota\varsigma}$  pro  $\iota\eta\sigma\omega\bar{\nu}\varsigma$ ,  $\overline{\chi\varsigma}$  pro  $\chi\eta\omega\tau\bar{\theta}\varsigma$ ,  $\overline{\kappa\varsigma}$  pro  $\kappa\eta\varphi\omega\varsigma$ ,  $\overline{\nu\varsigma}$  pro  $\nu\eta\varsigma$ ,  $\overline{\sigma\eta\varsigma}$  pro  $\sigma\omega\tau\bar{\eta}\varsigma$ ,  $\overline{\sigma\eta\alpha}$  pro  $\sigma\omega\tau\bar{\eta}\omega\alpha$ ,  $\overline{\sigma\eta\omega\varsigma}$  pro  $\sigma\omega\tau\bar{\eta}\omega\varsigma$ ,  $\overline{\omega\eta\varsigma}$  pro  $\omega\eta\varsigma$ ,  $\overline{\omega\eta\omega\varsigma}$  pro  $\omega\eta\omega\varsigma$ ,  $\overline{\pi\eta\alpha}$  pro  $\pi\eta\epsilon\mu\alpha$ ,  $\overline{\pi\eta\eta\varsigma}$  pro  $\pi\eta\epsilon\eta\varsigma$ ,  $\overline{\mu\eta\eta\varsigma}$  pro  $\mu\eta\pi\eta\varsigma$ ,  $\overline{\alpha\eta\eta\varsigma}$  pro  $\alpha\eta\theta\eta\varsigma$ ,  $\overline{\sigma\eta\eta\varsigma}$  pro  $\sigma\tau\alpha\eta\varsigma$ ,  $\overline{\delta\eta\eta\varsigma}$  pro  $\delta\alpha\beta\eta\varsigma$ ,  $\overline{\iota\eta\eta\varsigma}$  pro  $\iota\sigma\eta\alpha\eta\varsigma$ ,  $\overline{\iota\eta\eta\mu\varsigma}$  pro  $\iota\epsilon\eta\eta\omega\alpha\eta\mu\varsigma$ , sed et alia. Nonnunquam enim litera lineae ultima supra

1) De hoc more scribendi vid. Montf. p. 27. Woidius, *Praef. cod. Alex.* §§. 31, 32. Wetst. Vol. 1, p. 6.

penultimam scribitur, ut  $\overset{\circ}{\Pi} \overset{\wedge}{\Lambda} \overset{c}{\wedge} \overset{\wedge}{O}$ . Vid. p. 109, 129, 229, 655. Saepe litera N finalis indicatur lineola, penultimae vocis literae, sive imposta, sive postposita. Saepe etiam duae vicinarum literarum partes in unum contrahuntur, ut  $\overset{\circ}{\alpha}$  pro  $\alpha v$ , Marc. X: 28.  $\overset{\circ}{H}$  pro  $\gamma \pi$ , Joh. VIII: 40.  $\overset{\circ}{H} \overset{\circ}{T}$  pro  $\eta \gamma$ , Marc. XV: 33.  $\overset{\circ}{H} \overset{\circ}{T}$  pro  $\eta \pi$ .  $\overset{\circ}{H} \overset{\circ}{C}$  pro  $\eta \varsigma$ , Marc. XV: 27.  $\overset{\circ}{M} \overset{\circ}{H}$  pro  $\mu \eta$ .  $\overset{\circ}{M} \overset{\circ}{H}$  pro  $\mu \eta$ . Luc. VIII: 22.  $\overset{\circ}{M} \overset{\circ}{H}$  pro  $\nu \eta$ .  $\overset{\circ}{N} \overset{\circ}{H}$  Matth. XXIII: 15.  $\overset{\circ}{I} \overset{\circ}{T}$  pro  $\pi \eta$ . Luc. XI: 1.  $\overset{\circ}{I} \overset{\circ}{H}$  pro  $\pi \eta$ . Luc. XXIV: 21.  $\overset{\circ}{I} \overset{\circ}{M}$  pro  $\pi \nu$ . Marc. I: 26.  $\overset{\circ}{H}$  pro  $\tau \eta$ , Marc. IV: 19.  $\overset{\circ}{H} \overset{\circ}{H}$  pro  $\tau \eta \nu$ , Matth. XXI: 18.  $\overset{\circ}{\phi}$  pro  $\varphi \eta$ , Matth. XVI: 14<sup>1)</sup> Aliquando una litera alteri superstruitur, ut  $\overset{\circ}{\gamma}$  pro  $\nu v$ , Matth. XXIV: 22.  $\overset{\circ}{T}$  pro  $\tau \omega$ , Marc. XII: 17.  $\overset{\circ}{\mu}$  pro  $\mu \omega$ , et maiusculae inseruntur minuscula, ut  $\overset{\circ}{\Delta}$  pro  $\delta \delta$ , Matth. XIV: 29.  $\overset{\circ}{\Delta}$  in sup. margine p. 143. Saepe diphthongus  $\alpha \iota$ , in fine vocis, et ubi linea desinit, raro in media voce Matth. XX: 7 indicatur lineolis productis, sive rectis, sive incurvatis, sive angulatis, ut  $\overset{\circ}{K}$  Joh. VIII: 42, vel  $\overset{\circ}{K}$  Matth. XIII: 49, pro  $\alpha \iota \alpha$ .  $\overset{\circ}{T}$  pro  $\tau \alpha \iota$ , Matth. XVIII: 5.  $\overset{\circ}{T}_{\zeta}$  pro  $\tau \alpha \iota$ , c. XIII: 40. In aliis literis non nisi semel eiusmodi scribendi compendium vidi,  $\overset{\circ}{A}$  pro  $\delta \delta \varsigma$ , Luc. I: 54.  $\overset{\circ}{\Delta} \overset{\circ}{\gamma}$  Marc. XIII: 43.

Spirituū signa, quae, iudice Montfauconio, lib. I. p. 215, inde a seculo septimo adscribi coepta sunt, apparent vetustissimā forma angulari  $\vdash$  et  $\dashv$ , quae in codicibus seculi IX et ineuntis X frequenter observatur, in posterioris aevi rarius, referente eodem, p. 272. In diphthongis mox *priori* literae imponi solent, mox posteriori, mox etiam loco intermedio. Literae P, sive simplici, sive dupli, non nisi raro spirituum notae sunt superscriptae.

Accentus haud raro desunt: plerumque tamen adhibentur, una cum spiritibus inventi, iudice Montfauconio, loc. I. Signa acuti et gravis sunt vulgaria: signum circumflexi propius ad vetustissimum, ex utroque illo veluti compositum, accedit, paulo tamen rotundius. In diphthongis imponi solent, mox posteriori literae, mox priori, mox loco intermedio.

Nonnunquam spiritus et accentus maiuscule O inseruntur, hac forma  $\overset{\circ}{O}$ , Matth. XXV: 31, Marc. XII: 23 item € ut p. 238, col. II. lin. 16.

Interpunction admodum simplex est. Constat enim uno fere puncto, in media vel superiori lineae parte expresso, et plerumque loco, sententiae indicande satis apto, aliquando tamen inepto, ut pag. 49 col. a. lin. penultima. Raro duo adhibentur puncta, quorum unum alteri est suppositum, ut Joh. II: 13 vel etiam tria, ut Joh. II: 12.

Tria signa, nostris commatibus similia, bis occurunt Joh. I: 7, praecedente signo, haud dissimili notae hodiernae interrogandi in Graecis libris usitatae, (;). Si quid coniicere liceat, duo verba:  $\iota \nu \alpha$   $\pi \alpha \nu \tau \epsilon \varsigma$ , in codice, quo librarius usus est, primum fuere omissa, deinceps in margine adiecta, pra-

1) Specimen huius compendiosae scriptioris exhibet Blanchini *Evang. quadrupl.* vol. I. e. cod. Vallicellano, post p. DXXVI. (Griesb. et Scholz, 172.)

missis tribus punctis, quibus responderent tria similia in ipso textu scripta, ad indicandum locum, ubi istae voces essent interponendae; librarius autem, in codice nostro scribendo occupatus, una cum insertis vocabulis has quoque notas transtulit. Et, quandoquidem illud interrogandi signum huic loco minime convenit, pars eius inferior quoque, in codice, quo usus fuit librarius, indicasse videtur locum, quo aliquid omissum fuerit.

Interrogandi signum, quamquam raro, occurrit tamen Marc. XIV: 37, 41, 48, uti et Luc. XI: 11, XXIV: 18. Ante sec. IX non adhibitum dicitur.

Quoties litera I syllabam facit, prout in *ἴδε*, *ἴοις*, *ἰρεῖς*, *ἴρα*, toties fere ei duo imponuntur puncta: id ipsum in aliis codicibus seculi VII et subsequentium locum habere cum I et Ι docet Montfaucensis, p. 33. Huiusmodi nota cum superscripta quoque sit primae litterae nominum propriorum *ἰόνδας*, *ἰονδαία*, *ἰωάννης*, *ἰωσήφ*, tuto colligere nobis licet, scribam pronunciasse, non *joudas* caet. sed *ioudas* caet. Caeterum, ubi litterae, his punctis distinctae, imponendus erat vel spiritus, vel accentus, saepe hic et ille negligitur, aliquando tamen duobus punctis imponitur, *Ϊ*, Marc. XIII: 3 *Ϊ*, Joh. XIII: 29. subinde vero, omisso eorum uno, alteri apponitur, *Ϊ*.

Jota, quod vocalibus subscribi solet, nuspian in hoc codice invenitur. Eius loco adscriptum legitur bis vel ter, in *ἄντι*, Matth. XX: 1 in *τῷτι*, Luc. III: 11 forte etiam in *ἔαντω*, Luc. XII: 21 Cf. Montfauc. p. 33.

N quod dicitur *ἐγελκυσικὸν* non tantum vocibus additur, quas vocalis sequitur, sed etiam quas sequuntur consonantes β. γ. δ. ζ. η. μ. ν. π. σ. τ. φ. Id ipsum in codice Alex. a Woidio edito conspicuum est, idemque in codice Cyprio animadvertis Scholz, Cur. crit. p. 61, affirmans p. 74 hanc aberrationem a Grammaticorum lege reperiri in antiquissimis codd., rarissime vero vel nunquam in iis, qui post seculum decimum sunt scripti.

Huic simile est, quod librarius constanter scribat *οῦτως*, nunquam *οῦτω*, quamvis etiam sequatur consonans.

Signum apostrophes saepe negligitur; aliquando tamen additur litterae, ad quam pertinet, mox adiectum, mox superscriptum. Singulare est, quod *ὅταν*, originis ratione habita, profectum ex *ὅτε* et *ὅτι* semper fere scribatur *ὅταν*, quemadmodum et alibi in compositis eadem cura est conspicua. Nec minus mirum mihi accedit, quod non raro apostrophes signum inscriptum sit litterae *ζ* et *χ* in *οὐζ* et *οὐχ*, ut Matth. XIII: 55, XXV: 12, item *ξ* in *ξεῖ* Joh. XIII: 21. Num forte olim scriptum fuit *οὐχε* et *οὐχε?* Apud Homerum illud *ζε* non raro occurrit.

In dispescendis vocabulorum literis, quarum aliae lineam antegressam claudunt, aliae subsequentem inchoant, saepe syllabarum et vocum diversitas negligitur; sic scribitur *ἐγεαντῶ*, Matth. XIII: 21 *οὐκακούουσιν*, sect. 13 *οὐχέτιδον*, sect. 17 *οὐχέχομεν*, c. XIV: 17 *πειρασμῆσμον*, Luc. XXII: 24. Quae distributionis perversitas minus ferenda est, quando in linea antecedente locus supererat / 28

pluribus literis addendis. Praeterea contraria est legi parsimoniae, quam librarius alibi in simili caussa sequitur.

Quando literae vicinae nimis a se invicem remotae videbantur, uncinulo nonnunquam coniunguntur, ut Matth. XVIII: 9. Id aliquando fit initio lineae, ne perperam legatur aut intelligantur lecta: ut Matth. XVI: 8 ὀλιγό πιστοι.

Ipse librarius aliquando integrum sententiam scripsit literis rubris, iisque minusculis, praemissis et subiecto crucis signo +. Quod ubi locum habet, videtur ea sententia e codicis alterius margine translata. Vid. Matth. XXV: 29, 30.

Huic codici non adscripti sunt numeri canonum Eusebianorum; neque in fine Euangeliorum memorantur eorum Scriptores sacri; nec τῶν ζεραλάτων aut τῶν σιχών numerus traditur; nec synaxarium aut menologium additur; nec quicquam deprehenditur, unde intelligas, a quo, ubi et quando codex scriptus sit. Quae singula in multis invenias codicibus.

Euangeliis Marci, Lucae et Johannis praemissi sunt indices pericoparum, publice in conventibus sacris, statutis temporibus, praelegendarum. Index vero primi Euangeli, cum prioribus octo capitibus, videtur interiisse. Sunt autem, qui supersunt, indices, sive ab ipso librario, sive ab alio, cuius operam ille exspectabat, scripti, colore rubro, literis quadratis, forma minuscula in **Marco**, et minutiori quoque in **Luca** et **Johanne**, adhibitis scribendi compendiis bene multis, iis etiam, quorum in ipso textu vestigia haud comparent. Index, **Marci** Euangeli praemissus, titulum non habet: refert autem pericopas duodequinquaginta. Pericoparum, Euangeli Lucano praemissarum, Index inscribitur: τοῦ κατα λουκᾶν εναγγελίου τα κεφαλαια· exhibet vero pericopas octoginta tres. Eodem modo inscribitur Euangeli Johannei Index, duodeviginti referens pericopas. Quod vero rarissimum est, huic Indici subscrabitur, rubris literis, et a seriori quidem manu: χριστῷ τελέιῳ χάρις.

Harum pericoparum numeri et tituli, suis singuli locis, Euangeliorum textui sunt adscripti, plerique in superiori paginae ora, nonnulli in inferiori, ut Matth. XIV: 25, XXVI: 16; Luc. XII: 16, XIII: 23; Joh. II: 12, XIII: 31; raro eorum pars in margine exteriori, linea perpendiculari. Scripti autem literis quadratis, iisque minusculis, plerumque rubris, aliquando deauratis, ut Matth. XIV: 9.

Pericopae incipere solent cum nova linea. Harum initium, non semper, sed saepe indicatur, sive in textu, sive et frequentius quidem, in margine, vel signo rubro, mox crucis + mox ≠ asterisci, vel literis 1) rubris ΔΩ, h. e. ἀρχή, aut ἈΠ h. e. ἀρξον, vel et his et illo. Vid. et αρξε p. 122 col. II lin. 14. Similiter indicatur finis pericopae, literis τελον, vel Τ, vel ΤΕ, vel ΤΞ. Nonnunquam, literis ΙΤ,

(1) Literae Ο inscribitur, p. 120 col. I, lin. 15 p. 95. Ι: 10. Literae Ε p. 429, ΙΙ: 12. Sed hoc pertinet ad pag. 9, lin. 16.

hoc est, *vel ὑπέρβα, vel ὑπάρχα*, indicatur, lectori ab hoc loco esse transeundum ad alium, *vel* ejusdem libri, *vel* alterius. Hoc me docuit de Matthaei, in annotatis ad Euangelia iterum Graece edita, Wittenb. 1803. p. 676. Nisi malis his duabus literis exprimi vocem ὑπάρχε, quae saepius in simili causa adhibetur in menologiis, docente Scholzio, in *commentatione de menologiis duorum codicium Graecorum Bibliothecae Regiae Parisiensis*, Bonnae, 1823 p. 4 coll. 13, uti et in praefatione, praemissa Synaxario et Menologio, subiecto nuperae editionis N. T. Tom. I. Lips. 1830 p. 454 coll. 473. Quicquid eligas, occurrit illud  $\tilde{H}$  Matth. XIII: 49. XXI: 12. Luc. I: 49. Joh. X: 6. Sed neglexeram fere notare, illud initii signum in  $\alpha\delta$  vel  $\alpha\delta$  saepius quoque praefigi textui, ubi non incipit consueta Euangelii pericopa. Itaque videtur tum indicasse locum, a quo aliquando vel alicubi initium lectionis esset faciendum. Aliae enim ecclesiae in his rebus alios, subinde et quaeque singulares, secutae sunt mores. Conf. Matth. X: 5, 16, 37. XIII: 51. XXI: 15. XXVII: 24. Marc. II: 23. Luc. I: 56, 57. Nonnunquam signa initii et finis, atramento, a seniori manu, simili in causa fuere adscripta, ut Matth. XVII: 1, 10. Marc. XV: 16, 32. Id ipsum valere videtur de crucis signis, ut Matth. XI: 29. XVII: 5. Denique addendum et hoc videtur, ineuntis lectionis signum nonnunquam inseri literae initiali maioris formae O, Matth. XV: 32. XX: 1. et E. Luc. X: 38.

Prima, sive alicuius pericopae, sive Euangelii verba, praesertim prima litera, ornatiora et deaurata, scribuntur, id quod ab octavo inde saeculo factum fuisse docet Montfauconius p. 254. Conf. Marc. I: 1. IX: 2. Joh. I: 1. XIII: 31.

Numeri sectionum sive versuum minorum in margine quoque adduntur. In Euangelo Matthaei numerantur trecenti et undesexaginta: in Lucae Euangelo trecenti et undequadragesima. Quis in duobus reliquis eorum sit numerus certo dici nequit, propterea quod horum Euangeliorum postremae sectiones interierunt.

Saepe quoque, vel in ipso textu, vel in margine exteriori, vel in inferiori paginae ora, notatio fit dierum sacrorum et festorum, quibus pericopa sit legenda. In quibus commemorandis primum exhibeo ea, quae mihi satis sunt luculenta, deinde ea subiecturus, quae mihi dubia fuerunt. Ad finem Matth. XIX. legitur in textu, rubris literis scriptum ab eo, qui pericoparum titulos notavit:  $\tilde{\tau}\ \tauῶν \gammaπταν$ , h. e. τέλος τῶν ἀγίων πάντων. Ita enim e codd. suis scripsit de Matthaei, ad h. l., qui et initium pericopae notavit ad laudati capitinis sect. 27.<sup>1)</sup> Ad initium Luc. cap. II. ab eadem manu, in ora inferiori adscriptum est εἰς παραμονὴν τὸ κύριον γενησεως, h. e. εἰς τὴν παραμονὴν τῆς Χριστοῦ γενησεως, cuiusmodi annotationem etiam e suis codicibus exhibit de Matthaei,

<sup>1)</sup> Dominica autem omnium sanctorum est prima post Pentecosten, ref. Jos. Sim. Assemano, in *Kalendario Ecclesiae universae*, Tom. VI. p. 561.

ex quo liquet, lectionem in hoc profecto consuetam desinere, apud alios in sectione undevicesima, apud alios in vicesima. Id ipsum constat e Synaxario, quod Scholzius nuperrime edidit, subiectum N. T. edit. Vol. I. p. 481. Eadem manus ad Joh. X: 9. in ora inferiori adscriptis  $\tau\breve{\nu}\chi\sigma\sigma\tau\acute{o}m\circ$  et ad Sect. 16 in spatio paginae intermedio  $\tau\breve{\nu}\chi\sigma\sigma\tau\acute{o}$  quorum illud indicat  $\tau\breve{\nu}\chi\sigma\sigma\tau\acute{o}m\circ$ , hoc  $\tau\acute{e}l\circ\sigma$

$\tau\breve{\nu}$   
 $\chi\sigma\sigma\tau\acute{o}$   
 $\tau\acute{e}$   
 $\sigma$

$\tau\breve{\nu}\chi\sigma\sigma\tau\acute{o}m\circ$ . Quod ut credam facit similis annotatio ad locum priorem, in codice, quem commemorat de Matthaei, his expressa verbis:  $\varepsilon i\circ\tau\breve{\nu}\mu\circ\eta\mu\eta\tau\breve{\nu}\tau\breve{\nu}\acute{a}y\circ\tau\breve{\nu}\acute{I}o\acute{n}\circ\tau\breve{\nu}\chi\sigma\sigma\tau\acute{o}m\circ$ , uti et Synaxarium ab eo editum, l. l. p. 755. ad d. 13 Nov. Nec dissimilis est annotatio ad Joh. X: 27, et 30. Priori enim loco in margine exteriori, inter rasas lineas perpendiculares scribitur . . .  $\tau\breve{\nu}$  posteriori in margine interiori . . . . . ubi prior annotatio significat:  $\tau\breve{\nu}\acute{a}y\circ\tau\breve{\nu}\beta\alpha\circ\iota\kappa\iota\kappa\iota\circ$ , posterior  $\tau\acute{e}l\circ\sigma$   $\tau\breve{\nu}\acute{a}y\circ\tau\breve{\nu}\beta\alpha\circ\iota\kappa\iota\kappa\iota\circ$  ( $\Gamma$  |  $\tau\breve{\nu}$   $\beta\alpha$  |  $\iota\kappa\iota\kappa\iota$ )  $\alpha$   $\gamma$   $\iota$   $o$   $v$   $\beta$   $\alpha$   $c$  enim perperam ita est scriptum acsi P scribendum fuisse)  $\beta\alpha\circ\iota\kappa\iota\kappa\iota\circ$ . Quod ut credam, facit Index nominum propriorum abbreviatorum, editus a Montfauconio, lib. I. p. 348. ubi et Basilii nomen duabus prioribus literis significatur. Porro eadem manus in textu, ubi desinit Joh. XIII: 2. adiecit  $\dot{\alpha}\dot{\omega}\dot{\iota}\dot{\mu}\dot{\epsilon}\dot{\gamma}\dot{\alpha}$  h. e.  $\dot{\alpha}\dot{\omega}\dot{\chi}\dot{\eta}\dot{\mu}\dot{\epsilon}\dot{\gamma}\dot{\alpha}\dot{\lambda}\dot{\eta}\dot{\sigma}$   $\dot{\epsilon}\dot{\beta}\dot{\delta}\dot{\theta}\dot{\omega}\dot{\mu}\dot{\alpha}\dot{\delta}\dot{\sigma}$ , docente me de Matthaei, in annot. ad huius capituli sect. 14. collata cum lectionum ecclesiasticarum indice, ad sect. 3 et 17. Hoc autem me dicit ad coniiciendam sententiam nonnullarum annotationum, quae ex eodem genere esse videntur. Sic ad Matth. XXIV: 34. in inferiori marginis ora scribitur:  $\dot{\iota}\dot{\mu}\dot{\epsilon}\dot{\gamma}\dot{\alpha}\dot{\lambda}\dot{\eta}\dot{\sigma}$   $\dot{\iota}\dot{\iota}$  h. e.  $\dot{\tau}\dot{\eta}\dot{\mu}\dot{\epsilon}\dot{\gamma}\dot{\alpha}\dot{\lambda}\dot{\eta}\dot{\sigma}$  ( $\dot{\epsilon}\dot{\beta}\dot{\delta}\dot{\theta}\dot{\omega}\dot{\mu}\dot{\alpha}\dot{\delta}\dot{\sigma}$ )  $\dot{\tau}\dot{\eta}\dot{\iota}\dot{\eta}$  ( $\dot{\eta}\dot{\mu}\dot{\epsilon}\dot{\rho}\dot{\eta}$ ). additis verbis, quae pericopae legendariae erant praemittendae:  $\dot{\epsilon}\dot{\lambda}\dot{\pi}\dot{\tau}\dot{\epsilon}\dot{\nu}\dot{\delta}\dot{\omega}\dot{\iota}\dot{\sigma}$   $\dot{\omega}\dot{\kappa}\dot{\sigma}$ . Conf. Synaxarium, quod edidit de Matthaei, l. l. p. 747. et index laud. ad Matth. XXVI: 2 et 5. et XXIV: 36. Ut tertiae huius hebdomadis diei, ita etiam quartae et quintae fit mentio in nostro codice. Quartus enim memoratur a seniori manu, quae Matth. XXVI. in textu, ubi desinit sectio 5. scripsit  $\tau\breve{\nu}\chi\sigma\sigma\tau\acute{o}$ , h. e.  $\tau\breve{\nu}\tau\breve{\nu}\mu\circ\epsilon\circ\gamma\circ\alpha\circ\lambda\circ\eta\circ\sigma$   $\dot{\epsilon}\dot{\beta}\dot{\delta}\dot{\theta}\dot{\omega}\dot{\mu}\dot{\alpha}\dot{\delta}\dot{\sigma}$   $\tau\breve{\nu}\acute{a}y\circ\tau\breve{\nu}\eta\acute{e}\acute{r}\acute{a}\acute{q}\acute{t}\acute{h}\acute{g}\acute{m}\acute{e}\acute{q}\acute{q}$ , id quod tuto colligi potest ex indice, quem edidit de Matthaei, in quo a Sect. 5. incipit lectio  $\tau\breve{\nu}\acute{a}y\circ\tau\breve{\nu}\chi\sigma\sigma\tau\acute{o}$   $\dot{\chi}\dot{\mu}\dot{\epsilon}\dot{\gamma}\dot{\alpha}\dot{\lambda}\dot{\eta}\dot{\sigma}$ . Vocem autem  $\mu\circ\epsilon\circ\gamma\circ\alpha\circ\lambda\circ\eta\circ\sigma$  indicari hoc scribendi compendio, docet etiam Frid. Jac. Bastius, in commentatione Palaeographica, adiecta Gregorii Corinthii et aliorum Grammaticorum libris, de dialectis linguae Graecae, a Schaefero editis, Lips. 1811. p. 824. Quintus magnae hebdomadis dies memoratur ad Luc. XXII: 2. ubi in spatio inter duas columnas medio senior manus scripsit  $\tau\breve{\nu}\chi\sigma\sigma\tau\acute{o}$  h. e.  $\tau\breve{\nu}\tau\breve{\nu}\mu\circ\epsilon\circ\gamma\circ\alpha\circ\lambda\circ\eta\circ\sigma$   $\dot{\epsilon}\dot{\beta}\dot{\delta}\dot{\theta}\dot{\omega}\dot{\mu}\dot{\alpha}\dot{\delta}\dot{\sigma}$   $\pi\acute{e}\acute{m}\acute{e}\acute{t}\acute{a}\acute{t}\acute{h}\acute{p}\acute{w}\acute{i}$ . Denuo mihi facem praebuat index a de Matthaei editus, ad huius capituli sect. 1. Sed et sextus laudatur dies eiusdem hebdomadis ad Matth. XXVII: 61. eadem, ut videtur, manu, quae cap. XXVI: 5. similem adiecit notationem. In fine enim lineae ad interiorem marginem legitur  $\pi\acute{e}\acute{t}\acute{h}\acute{p}\acute{w}\acute{i}$   $\tau\breve{\nu}\chi\sigma\sigma\tau\acute{o}$  quod, nisi me fallat conie-

tura,<sup>1)</sup> significat τέλος τῆς μεγάλης παρασκευῆς· erat enim ἡ παρασκευὴ dies, qui sabbatum prae cedit, cuius etiam mentio fit in hac pericopa, sect. 62. In Ecclesia vero Gr. nominatim dies Veneris quo memoria Jesu cruci fixi celebratur, η παρασκευὴ, η μεγάλη παρασκευὴ, η ἄγια παρασκευὴ, Lat. *parasceve*, dicitur. Eoque die, aliae matutino, aliae vespertino tempore, legebantur pericopae. Hunc diem excipiebat septimus illius septimanae, qui dicebatur μέγα σάββατον, quo Christi cadaver in sepulcro erat reconditum, μέσον τῆς τετρής καὶ τῆς ἀναστάσεως. Conf. loca veterum a Succiero, in *Thes. Eccl.* laud. Quae in memoriam huius diei quotannis legebatur pericope pridie festi paschalis, in nostro etiam codice notatur ad Matth. XXVIII: 1. in margine interiori, et ab ipsa illa seniori, ut videtur, manu, quam saepius iam animadvertisimus. Scribitur autem: τὸν ΑΓΡΟΥ σα, quod quin significet τὸ μέγα σάββατον, quis dubitet? Index in Matthaeianis codicibus quoque hanc pericopam legi docet τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, ἐσπέρᾳ et σάββατον compendiose in codicibus scribi, duabus prioribus vocis literis, Montfauconius docet, lib. I. p. 345.

Sed venio ad paucas literas, quas eadem illa manus paulo ante, ad Matth. XXVII. finem, voci τὲ iam antea scriptae, addidit τὸν β., pro quibus de Matthaei edidit τέλος τῶν β. Quodsi in eo, ut suspicor, mendum lateat, vel scribae, vel hypothetae, qui τ., numeri denarii indicem omiserit, haec compendiosa annotatio erit conferenda cum ea, quae modo praecessit, ad initium huius pericopae sect. 62., ubi indicatur, quid legendum sit τῷ δρόῳ τοῦ μεγάλου σαββάτου, καὶ τῶν ἀγίων παθῶν υἱ. Certe hinc intelligimus, diem magni sabbati dictum esse diem *sanctorum duodecim passionum*, quae quo modo fuerint numeratae, fateor me nescire. At suspicor, in codice nostro, suppresso τῶν παθῶν vocabulo, τῶν δώδεκα appellatione has ipsas Christi perpessiones indicari. Quicquid sit, harum perpessionum mentio fit a manu, vel eadem, vel non multum dissimili, ad Joh. XIII: 31. ubi, quoad assequi possum, scriptum est, primum literis paulo maioribus αρ, mox additur minoribus τῶν (vel τὸν) ἀγίων (vel ὄγων) παθ. h. e. παθῶν atque hoc ipsum ad hunc locum etiam exhibet codex, cuius copiam fecit de Matthaei. Verum non tantum diebus, sed et horis certis addictae erant, eo quidem tempore, lectiones ecclesiasticae. Cuius rei documentum est in compendiaria nota ad Matth. XXVII: 56. ubi, in ipso textu, literis rubris, a vetusta manu scriptum est: τὸν β. Cum igitur, docente Montfauconio, lib. I. p. 345. hoc β. indicet ὥρα, manifestum est, librarium notare voluisse τέλος τῆς πρότης ὥρας, quod similiter e suo codice retulit de Matthaei. Venio ad tria loca, in quibus Euangelii, h. e. pericopae Euangelicae, suo distinctae numero iniicitur mentio. Unus est Matth. XXVII: 32. ubi textui adiecta sunt a vetusta manu literis rubris, partim fere deletis, haec: τὸν τέλος τῆς πέμπτης εὐαγγελίου. Quod ut credam, faciunt duas

1) Simile quid fere detritum ad Matth. XXI: 17.

annotationes, quas e suis codicibus edidit de Matthaei, quarum altera ad hanc sectionem est:  $\tau\acute{e}\lambda\sigma$   $\tau\tilde{o}v \beta\tilde{h}tou touv \epsilon.\kappa\tilde{a}\iota\tau\tilde{s}$  προσκυνήσεως, altera ad sect. 33. εὐαγγέλιον ζ. των ἀγίων παθῶν. Alter est Marc. XV: 16. ubi, a recentiori manu, in margine interiori, adscriptum est, primum  $\alpha\tilde{\rho}$ , dein subiectum  $\tau\tilde{s}$  h. e.  $\tau\tilde{o}v \xi\kappa\tilde{t}ou$ , scil. εὐαγγέλιον. Tertius est, eiusdem capitinis sect. 32. ubi a recentiori manu, primum in margine exteriori adscriptum est  $\tau\tilde{e}$ , deinde subscriptum  $\tau\tilde{s}$ , h. e.  $\tau\tilde{o}v \xi\kappa\tilde{t}ou$  scil. εὐαγγέλιον. Sic enim plenius e suis Codd. ad utrumque h. l. edidit Matthaeus, V. Cl. His scriptis, augurari quoque mihi licet, quid voluerit scriba, qui Matth. XXVII: 2. in textu adscripsit  $\tau\epsilon$  (vel  $\tau\epsilon$ )  $\tilde{\epsilon}$ . Video enim, in codd. ab eodem Viro editis, hoc loco fuisse notatum  $\tau\acute{e}\lambda\sigma$   $\tau\tilde{s}$  μεγάλης ἔβδομάδος. Restant tria loca, in quibus dierum dominicarum fit mentio, quibus certae legendae erant pericopae. Primus est Matth. XIV. ubi, in ora superiori paginae, in qua incipit nova pericopa sect. 22, uncialibus literis, rubro colore, scriptum est **KV**  $\Theta$ , h. e. κυριακῆ ἐπίταξη, sive nona post pentecostes festum dominica. Alter Matth. XXII: 35. ubi in inferiori codicis ora, ab eadem manu, ut videtur, quae pericoparum titulos notavit, rubris literis scriptum est: κυριακῆ  $\iota\epsilon$ , h. e. κυριακῆ πεντεκαθεκάτη, et initium lectionis additum: νομικός  $\tau\tilde{s}$  προσῆλθεν  $\tau\tilde{o}v \pi\tilde{w}$ . Tertius est Joh. VI: 27. ubi in superiori paginae ora legitur  $\tau\eta \bar{\Gamma} \tau' \Gamma \bar{\epsilon} \bar{\nu}$  h. e. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς τρίτης ἔβδομάδος εὐαγγέλιον, quae igitur Euangelii pars legebatur tertio die hebdomadis tertiae post paschatis festum. Singula convenient iis, quae de Matthaei ad haec loca e suis notavit codicibus: quibuscum conferri potest Synaxarium a Scholzio editum, N. T. ed. Vol. I. p. 456, 458, 463. His collatis expiscari licebit sententiam eorum, quae in marginis exterioris residua parte ad initium Euangelii Johannei leguntur. Sunt autem, quoad deleta et abscissa e residuis conjicere licet haec: . . .  $\tau\alpha$  . . . και μεγά . . . κυριακῆ . . . μεχρι  $\tau\tilde{s}$  . . . εὐ καὶ Ιω εν ἀρχῇ τὸν ὁ τέλος διὰ τοῦ . . . νετο. Priorum sententia haec esse videtur:  $\tau\tilde{s}$  ἀγίας και μεγάλης κυριακῆς [τοῦ πάσχα ή ἀνάγνωστος] μέχρι τῆς [ἀναγράσσεως]. Posteriorum haec: Εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. Τέλος. διὰ Ιησοῦ χριστοῦ ἐγένετο. Legendum igitur erat die dominico festi paschalis initium Euangelii Johannei, usque ad sect. 17. ultima verba. Id quod colligo ex annot. Cl. de Matthaei, ad sect. 1. et e Synaxario, a Scholzio edito, p. 455.

Desino in annotatione, cuius sententiam nunc tandem assequi mihi licuit. In pag. 119. quae exhibet Matth. XVII: 26<sup>b</sup> — XVIII: 5. in infima ora legitur, maioribus literis, rubro colore scriptis:  $\tau\tilde{o}v \alpha\tilde{y}lou$  κυριάκου. Videtur autem haec annotatio eiusdem esse generis atque ea, quam habuimus:  $\tau\tilde{o}v \alpha\tilde{y}lou$  βασιλείου. Veri igitur est simile nomen esse notatum sancti alicuius, in Ecclesia Graeca celebrati, cuius in memoriam dies erat constitutus, quo quotannis pericopa, ex hac Euangelii parte sumta, legi solebat. Quis vero ille Cericus, vel Circicus fuerit, diu nescivi. Coniiciebam quidem, hunc eundem esse quem Cyricum, cuius fit mentio in Menologio codicis Parisini, a Scholzio, Bonnae, 1823. edito, in quo dies decimus quintus mensis Julii dicitur  $\tau\tilde{o}v \alpha\tilde{y}lou$

*μαρτύρων κνοῖκον καὶ λουλιτῆς.* p. 24; uti et in Menologio, cuius copiam fecit in N. T. edit. Vol. I. p. 491. Ita autem omnino rem sese habere, video ex iis, quae de *Kηρύκῳ* scripsit Asselmanus, lib. I. p. 479.

Cum iam saepius senioris scribae manum animadverterimus, restat ut de corrigendi studio, ad hunc codicem emendandum adhibito, mentionem faciamus. Etenim hic liber saepe expertus est manum correctoris, sive ipsius librarii, sive eorum, qui deinceps codice fuere usi. Diversa enim literarum forma, in emendationibus, vel qualibuscunque mutationibus conspicua, credere nos iubet, plures et seniori quidem aetate, manum codici corrigendo admovisse. Primum quidem nonnulla consulto deleta sunt, perperam, ut videtur, scripta: et ita quidem deleta, ut vix appareant literarum vestigia. Hinc lacunae extiterunt, Matth. XVIII: 32. XIX: 18. XXIV: 10. XXV: 43. XXVI: 41. XXVII: 43. Marc. IX: 23. Deinde addita sunt haud pauca; et alia quidem ad unam literam, vel ad paucas, vel ad accentus pertinentia, lineis codicis interscripta, alia vero in margine collocata.

Prioris generis haec sunt.

Matth. X: 4. *κανάτης.* Senior manus non satis nitide in fine lineae, in qua legebatur *κανά*, addidit *ΝΤ*, percuesso accentu supra literam *α* posito.

Matth. XI: 21. *χοραζεῖν.* Senior manus circumflexum percussit signo accentus acuti.

Matth. XIII: 43. post *ἀκούειν*, in fine lineae, additur literis rubris *Ἄλφ* h. e. *ἀκούέτω*.

Matth. XIV: 12. *ἐθαψεν.* Senior manus, supra *ε* posterius scripsit *α* minusculum, ut existat *ἐθαψαν*.

Matth. XV: 2. *παράδωσην.* Senior manus supra *ω* scripsit *ο*.

Matth. XV: 36. *ματαις.* Senior manus supra lineam scripsit, loco inter *μ* et *α* medio, *Ϝ*, indicatura scilicet, legendum esse *μαθηταις*.

Matth. XXV: 16. *εἰργασα.* Senior manus: *εἰργασά*

»	XXVI: 13. <i>μυημόσυν.</i>	»	»	<i>μυημοσύν</i>
»	» 17. <i>πάσα.</i>	»	»	<i>πασα.</i>

Marc. II: 9. *κράβατον.* » » *κράβατον.*

»	IV: 38. <i>προσκεφαλεον.</i>	»	»	<i>προσκεφαλεον.</i>
---	------------------------------	---	---	----------------------

»	VI: 55. <i>κραβάτοις.</i>	»	»	<i>κραβάτοις.</i>
---	---------------------------	---	---	-------------------

»	VII: 32. <i>μογιλάλον.</i>	»	»	<i>μογιλαλον.</i>
---	----------------------------	---	---	-------------------

»	VIII: 11. <i>παցτοῦ.</i>	»	»	<i>παցτοῦ.</i>
---	--------------------------	---	---	----------------

»	IX: 39. <i>δυνήσεται.</i>	»	»	<i>δυνήσεται ῥχν.</i>
---	---------------------------	---	---	-----------------------

»	X: 30. <i>ἐκαταπλασίονα.</i>	»	»	<i>ἐκαταπλασίονα.</i>
---	------------------------------	---	---	-----------------------

»	XIV: 11. <i>ἐπιγγείλατο.</i>	»	»	<i>ἐπιγγείλατο.</i>
---	------------------------------	---	---	---------------------

»	» 41. <i>ἐρέται.</i>	»	»	<i>ἐρέται.</i>
---	----------------------	---	---	----------------

»	» 43. <i>πρα.</i>	»	»	<i>πρα.</i>
---	-------------------	---	---	-------------

Marc. XIV: 48. χαιρῶν.	Serior manus:	$\chiαιρῶν.$
Luc. I: 41. τῆ.	»	» $\tauῆς$
» II: 7. διὸ.	»	διὸ <sup>τι</sup> (Item in marg. τι.)
» IV: 37. εἰ.	»	εἰ <sup>ε</sup> (a prima m.)
» VII: 13. ἐσπλαγχνίσθη.	»	ἐσπλαγχνίσθη.
» » 20. ἵωάννη.	»	ἵωάννη <sup>ς</sup>
» VIII: 29. πολλοὶ.	»	πολλοῖ.
» IX: 5. ἔξερχόμεν.	»	ἔξερχόμεν <sup>ον</sup>
» » 45. τού.	»	τού.
» » 49. ἀκούει θεῖ.	»	ἀκούλει θεῖ.
» XI: 18. ἐκβάλειν.	»	ἐκβάλειν.
Luc. XII: 8. ὁμολογήσει.	»	ὁμολογήσει.
» » 26. λυπᾶν.	»	λυπᾶν.
» XIII: 14. μέρα.	»	ἡμέρα.
» XIV: 21. τα.	»	ταῦτα.
» » » τού.	»	τοῦ
» XV: 10. Οὐτω.	»	Οὐτω <sup>ς</sup> .
» XVII: 10. ὀφεῖλαμεν.	»	ὀφεῖλαμεν.
» XVIII: 22. λείπ.	»	λείπ <sup>ει</sup>
» XIX: 7. ἐισῆλ.	»	ἐισῆλθε.
Joh. I: 45. φίλιππος.	»	φίλιππος. (a 1 m.)
» II: 17. καταφάγεια.	»	καταφάγεια.
» V: 43. εκεῖνων.	»	ἐκεῖνῶν.
» VI: 14. ο.	»	ο <sup>ι</sup> (oi).
» VII: 3. μετάβηθι ΗΝ	»	μετάβηθι ΗΝ (μετάβηθι εν[τεῦ]θεν
» » 9. εἰπον.	»	ἐιπῶν.
» VIII: 37. ζητέ.	»	ζητέ (pro ζητεῖτε.)
» IX: 21. οἴδαμοΝ	»	οἴδαμοΝ (οἴδαμεν.)
» XII: 38: βραχιόν.	»	βραχιόν.
» XIII: 2. βληκότος.	»	βεβληκότος.

In his mutationibus diversorum correctorum cernitur studium nihil delendi, sed vestigia primae lectionis retinendi, quo consultatur codicis nitori. Nemo vero eorum, qui haec sane paucissima emendarunt, vel certe mutarunt, operam toti codici emendando dedit: sed intacta reliquerunt quam plurima, emendatis partim similia, partim quoque deteriora.

Posterior correctionum genus in libri margine conspicitur. Quarum aliae prioribus hactenus sunt similes, ut non nisi paucas voces vel literas textui addendas, vel in eo mutandas indicent; aliae vero integras sententias in margine adscribant.

Quae paucas duntaxat voces vel literas textui addunt vel in eo mutant, sunt haec:

Matth. XIV: 22. τὸν ὄχλον.	In ora inferiori: ~ τούς ὄχλους.
» XVI: 10. ὀνδεξπτα.	» marg. exteriori: τοὺς.
» » 27. τὰ ἔργα.	» » » ιηραξτν.
» XX: 2. σύφωνήσας.	» » » Μ
» XXII: 44. ἐωσθω.	» » » Σ αν.
» XXIV: 43. ἐκεῖνό	» » » Δε. (lit. rubr.)
Marc. V: 4. διατὸν.	» » » Λ Δ αν̄ (τὸ αὐτὸν.)
» V: 41. κρᾶ	In marg. exteriori: θῆσας.
» VIII: 12. γέννατη.	» » » Λ νεα (γένεα.)
» XII: 19. μη̄ ἐχω.	» » » Σαρη.
» XIII: 32. ὅν	» » » Σ δὲ (οὐδὲ.)
» XV: 18. ηρο.	» » » Σαν (ηρξαντο.)
Luc. II: 12. ἐν' φανη.	» » » Τη.
» XXII: 39. καῑπορεύθη.	» » » + εξελθων. (rubr.)
Joh. IV: 47. δῑσ	» » interiori: οι (οἵ) (rubr.)
» VII: 16. ισειπε	» » exteriori: η (και.)

Quae integras sententias margini addunt, sunt haec:

Matth. XVIII: 2. Καὶ προσκαλεσάμενος παιδίον ἔστησεν ἐν μέσῳ ἀντών καὶ ἐπεν. Haec literis rubris in exteriori margine sunt addita, ab ipso, ut videtur, librario.

Marc. XIV: 46. Post sect. 45. ~ in exteriori margine: οἱδε ἐπίβαλον ἐπ αὐτῶ τὰς χεῖρας αὐτῶν καὶ ἐράτησαν αὐτόν.

Luc. VIII: 15. In interiori margine rubris literis: Ταῦτα λέγων εἶπεν ο ἐχων ὥτα ἀκούειν ακούετω.

Luc. XII. inter sect. 21 et 22. in margine, literis rubris: Ταῦτα λέγει εφώνει ο ἐχων ὥτα ἀκούειν ακούετω.

Luc. XIV. inter sect. 24 et 25. in interiori margine, literis rubris scripta sunt haec: πολλοὶ γάρ εἰσι οἰλητολιγοι δε εκλεκτοι.

Joh. VIII: 16. post εστιν scripto asterisco \*, in margine exteriori additur, praemisso et adiecto simili signo: οἵτι μόνος ὁνκ εἰμὶ ἀλλ ἐγὼ καὶ ο πέμψας με πήρο καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται. οἵτι δύο ἀνῶν η μαρτυρία ἀληθης εστιν.

Memoratu vix dignum videtur, recentiorem codicis lectorem, ad Marc. XII: 25 in inferiori paginae ora, repetuisse ea, quae in textu, col. b. lin. 1—4 bene erant scripta.

Interpunctio a seriori manu saepe est mutata. Quod cum in aliis difficulter discernitur, perspicuum est in quatuor punctis, hoc modo positis ∙, quorum supremum a prima manu solet esse profectum, tria inferiora huic a seriori manu sunt subiecta. Vid. p. 91, 346, 393. (Luc. II: 1—13.) Aliquando decem ∙ p. 653, 654. (Joh. XIII: 8—20.)

Correctoris quoque manum produnt signa allegandi e praeposta lineis, exhibentibus locum aliunde adductum, Luc. XX: 17. p. 508. coll. 507. ubi incipit locus, cui tamen ea signa non sunt praefixa.

Quid indicent tria puncta rubra, duabus vocibus εἰς et οὐκοῦ Luc. I: 56. imposita, nescio.

In ora inferiore, pag. 165. (Matth. XXV: 31) picta est manus dextra, crucem tenens.

## II.

# PROBATUS, CODICEM RHENO-TRAJECTINUM DESCRIPTUM ESSE CODICEM BOREELIANUM.

---

Quod diu mihi veri videbatur simile, codicem descriptum eundem esse atque Boreeli codicem, cuius aliquam Wetstenio debemus notitiam, id mihi nunc, post iteratam codicis illius collationem, minime videtur dubium.

Quam ut probem sententiam, ipse audiendus erit Wetstenius in *Prolegomenis*, praemissis priori Tomo *Novi Testamenti cum variis lectionibus et Commentario* editi, Amst. 1751. Hic igitur, pag. 8—41 quatuordecim vetustiores Euangeliorum codices Graecos et codicum fragmenta describens, ex quibus varias lectiones, vel ipse annotavit, vel ab aliis notatas retulit, de codice Boreeli, quem sexto ponit loco, ac proinde litera F. distinguit, haec pag. 40 scribit:

«F. Codex quatuor Euangeliorum, olim Joannis Boreeli Equitis, tribus ad Jacobum magnae Britaniae regem legationibus, et amplissimis in patria Zelandia muneribus gestis, post «editum in Danielem Commentarium, aetatis quinquagesimo primo vita defuncti, Aº. 1629. Paulo «post mortem Boreeli vir quidam doctus contulit cum editis Matthaeum, Marcum et Lucae capita X «priora; quam collationem mecum communicavit A. 1730. Isaacus Verburgius, Gymnasi «Amstelodamensis Rector, amicus meus, dum viveret, singularis. Codex incipit a Matth. VII: 6. «Deest folium unum a Matth. XIII: 25 ad finem capituli, et alterum a Marc. X: 6—16. Qua pagina «Capita Euangeli Joannis enumerantur, inferius scriptum est: Χριστῷ τελείῳ Χάρις. Ubi Codex «ille nunc lateat, rescire nondum potui.» Haec loco laudato Wetstenius: qui vero, Tom. II. pag. 919, corrigit errorem, sive a se, sive a typotheta commissum, legique iubet Matth. VIII. loco XIII. et Marci XI. loco X. Quam emendationem nec Semlerus animadvertisit, in Wetstenii *Prolegomenis* denuo editis, Halae, 1764 pag. 106, nec Lotzius, in novissima eorum editione, pag. 51. Errorem errori addidit Jo. Dav. Michaëlis, in *Isagoge in divinos Novi Foederis libros*, Germanice quartum edita, Goett. 1788. Vol. I. pag. 580 scribens, Boreeli codicem carere Math. XIII: 25—58 et Marc. VI: 6—16. Neque duplum hunc errorem detexit Herbertus Marshius, in *Animadversionibus et Additamentis*, Anglice editis, nec Ern. Frid.

Car. Rosenmuellerus, in Germanica horum interpretatione, Vol. I. pag. 264. Michaëlis imitatem habet Christ. Dan. Beckium, in *Monogrammatibus Hermeneutices librorum Novi Foederis*, Lips. 1803. Part. I. pag. 48. Accuratus retulit Griesbachius, in *Prolegomenis N. T. Graece cum lectionis varietate iterum editi*, Halae, 1796 pag. CI<sup>II</sup>. in eo tamen lapsus, quod Boreeli codicem Matth. VII: 6 mutilum dicit, cum tamen Wetstenius profiteatur, eum ab hac inde sectione incipere. In huius erroris societatem venerunt quoque Dav. Schulzius, in tertia Griesbachiani N. T. editione, Vol. I. p. XCIX. et Scholzius, in *Prolegomenis N. T.* Vol. I. Lips. 1830 p. XL.<sup>1)</sup> Sed redeamus ad Wetstenium, unicum in Boreeliani codicis causa testem.

Parum autem est, ut recte animadvertisit Semlerus, in *Praeparationibus hermeneuticis*, Germ. scriptis, Part. III. pag. 145, quod retulit Wetstenius. Nihil enim ab eo traditum est de codicis scriptore, aetate, patria, forma externa, bonitate, fatis, et quae plura sunt, ex quibus dignosci censerique solent libri Novi Foederis manu scripti. Unde tuto colligas, Wetstenium, in aliis codicibus describendis satis diligentem, de codice Boreeliano nihil amplius accepisse, quam retulerit. Quod autem scribit, se nondum potuisse rescire, ubi lateret ipsius aetate codex, id satis, opinor, indicat, ipsum more suo, diligenter, quamquam frustra, inquisivisse in codicem, sibi non visum, nec nisi partim ab alio collatum.

Proinde contentos esse oportuit Criticos paucis a Wetstenio traditis. Vel sic tamen poterant iure suo quaerere, unde ille, quae narraret, acceperit, et quibus ad iudicandum causis ductus fuerit. Narrat enim, codicem fuisse Boreeli, collatumque esse paulo post annum 1629, quo hic Vir nobilis *mortuus* est. Utrumque potuit, vel a Verburgio, collationem ei suppeditante, accipere, vel in ipsis variantium lectionum annotationibus legere. *Collatum* dicit codicem a *Viro quodam docto*. Sed quis fuerit Vir ille, et quo iure doctus nuncupetur, non dicit. Ridiculus interim est anachronismus Eichhornii, in *Isagoges in Novum T. Germanice scriptae*, Vol. V. pag. 220, referentis, ipsum Verburgium codicem contulisse. Porro, quas trium Euangeliorum partes ignotus ille contalerit, refert Wetstenius ex annotatis: quid vero illum impediverit, quominus Euangeliu Johanneum et quoquardecim ultima Euangeli Lucani capita conferret, non refert. Denique collatum dicit codicem *cum editis*; sed quinam fuerint libri isti editi, non significat: varietas autem lectionis non recte censeri potest, nisi cognito textu, sive *complutensi*, sive Erasmi, sive Stephani, sive Bezae, sive Elzevirii, quocum codex fuerit collatus. Nullius enim editionis textus eo tempore principatum tenebat, aut communi Criticorum consensu *receptus* dicebatur, quo nomine postea dictus fuit *Elzevirianus*.

---

1) Veri est simile Petrum Boreellum non alium notasse codicem praeter nostrum. Vid. J. le Long, *Biblioth. S. Par.* 1723. Vol. I. p. 170 col. 1. lin. 14—26.

Haec igitur notare neglexit Wetstenius. In ceteris, quae de Joanne Boreelio scripsit, partim erravit, partim id praeteriit, quod, ad dictorum veritatem probandam et ad codicem eius aestimandum, nonnihil conferre potuisse. Errantis est, quod Boreelium anno aetatis quinquagesimo primo vita defunctum scribit, cum is vivere inter mortales desierit, anno aetatis quinquagesimo tertio, quippe natus mense Aprili 1577, mortuus mense Novembri 1629. Similiter errantis, sed cum aliis scriptoribus errantis est, quod scribit, Boreelium, *post editum in Danielem commentarium* vita fuisse defunctum. Ipse enim Boreelius in Danielis librum non est commentatus, sed iuvenis *commentarium, ab Hughone Broughtono Anglice scriptum, Latinitate donatum*, in lucem emisit Basileae, anno 1599. Huic libro praemisit *Epistolam dedicatoriam*, scriptam in peregrinatione, Basileae, prid. Non. Sept. illius anni, *Consulibus et Senatui Middelburgensis reipublicae*, in qua natus erat. Qua in Epistola: *Nuper, inquit, Commentarios edidit D. Hugo Broughton, quorum fama excitati multi viri litterati petierunt, ut eos in Latinum sermonem converterem. Quam versionem, primitias meas Theologicas, vobis, Amplissimi Viri, dicare constitui.* Haec ipse Boreelius. Sed et alia sunt, plus facientia ad cognoscendum Viri docti studium, in colligendis vetustis libris manu scriptis positum. Gisbertus Voetius, *Polit. Eccles. Part. II*, p. 772, 773, ei *excellentem*, tum *linguarum*, nominatim orientalium, tum *rerum divinarum humanarumque scientiam* tribuit, eumque *heroico ausu terras et ecclesias orientales lustrasse* scribit. Et Petrus Cunaeus, in Prooemio *Reip. Hebraeorum*, tantam librorum manu scriptorum copiam a Boreelio ex oriente advectam dicit, quantam nunquam aut raro Europa viderat. Haec aliaque de eo testimonia, a viris eo tempore principibus, Scaligero, Grotio, Ludovico de Dieu edita, collegit Petrus de la Rue, in *Zelandia literata*, Belgice scripta, pag. 30—34.<sup>1)</sup>

Verum redeamus ad codicem Euangeliorum, quem Boreelius, e vita migrans, haeredibus reliquit, et in publica librorum distractione venditum fuisse, credibile est. Etenim, narrante Scriptore modo laudato, anno 1632, publice *Medioburgi* vendita est Boreelii bibliotheca, praestans imprimis libris orientalibus, iisque eximiis ac rarissimis, cum typographiae arte impressis, tum manu scriptis. Ante vero, quam ea fieret distractio, ignotus ille vir doctus, certe harum rerum studiosus, opportunitatem videtur nactus, codicem cum editis libris conferendi, ex eoque variantes notandi lectiones, quarum notitiam Wetstenio debemus. Qua autem via in Verburgii manus venerint, sive ipsa annotata, sive eorum apographum, ignoramus. Quicquid sit, omnis codicis Boreeliani fama ex his fluxit annotatis, quae, postquam a Wetstenio ad *Novi Testamenti* editionem fuerant adhibita, vel interierunt, vel etiamnum alicubi latent.

---

1) Conf. Grotii *Epp.* p. 873<sup>a</sup>.

Quemadmodum vero Wetstenius, anno 1750, rescire non potuit, ubi ipse lateret codex, ita nemo post eum. Dolebant iacturam, quicunque et codicis vetustatem, et nonnullarum lectionum ex eo notatarum bonitatem, et denique aliarum raritatem, rite aestimarent: in his Semlerus, Michaëlis, Hugius. Et maior sane dolendi erat causa in eo, quod neque integer codex esset collatus, nec de collationis factae accurazione satis constaret. Dolendi vero causa maxima erat nostratis, qui, perduto aut latente hoc codice, in nulla patriae bibliotheca, sive publica, sive privata, haberent sacrorum librorum codicem, literis uncialibus scriptum. Qui enim in Bibliotheca Leidensi reperitur codex, ex eo genere unicus, non nisi lectiones ecclesiasticas, ex Euangeliis decerptas, exhibet.

Tandem mihi, praeter omnem spem et opinionem, contigit Boreeli codicem agnoscere, in residuis eius partibus, quae fere latebant, in Johannis Michaëlis Roukensii, Jure Consulti et Senatoris Arnhemiensis, bibliotheca. Quod quomodo, Deo res humanas gubernante, factum sit, paucis narrabo. Evidem, die 23 Augusti a. 1823, iter faciens per *Arnhemiam*, paulisper morabar apud Henr. Herm. Donkerum Curtium, Theol. Doctorem et in coetu repurgato doctrinae Christianae interpretem, olim discipulum dilectum, postea amicum candidum. Hic mihi ignoti codicis fragmenta monstrabat, mutuo a Roukensio accepta. Quae cum cursim perlustrarem, statim animum meum occupavit cupiditas accuratius codicem cognoscendi. Favebat meo desiderio amicus, cuius intercessione deinceps factum est, ut codicis possessor mihi hunc thesaurum satis diu commodaret. Ego vero codicis accurate cum vulgata editione conferendi ac describendi partes ultro ac lubenter suscepi. Hoc igitur in opere, quoad mihi per alias curas licet, occupatus, variasque codicis lectiones cum critico Wetstenii apparatu comparans, mox detegere mihi visus sum ipsum illum Boreeli codicem, cuius recuperandi spes nulla mihi fuerat. Quo vero diutius et accuratius in comparando versatus fui, eo certius mihi persuasum est, hunc codicem eundem esse atque illum, qui ante ducentos annos fuit Boreeli. Qua vero via transierit codex e Boreeliana in bibliothecam gentis Roukensiae, frustra investigabitur. Certe ipse vir consultissimus eam nondum invenit. Quae vero ei, vel certo cognita, vel probabilia sunt, ea mecum, per literas humanissimas, die 11 Martii a. 1830 scriptas, communicavit. Scilicet ipse, hereditario filii unici iure, codicem acquisivit a patre Arentio Anthonio Roukens, JCto, civitatis Neomagensis Consule:<sup>1)</sup> hic, unicus quoque filius, eodem iure ab Joh. Michaële Roukens, J. Co. *praestantis ingenii et doctrinae viro, Juris Romani pariter ac patrii peritissimo*, iudice Joh. in de Betouw, in

<sup>1)</sup> De Roukensii (Patris) bibliotheca cf. J. C. de Jonge, *Henr. v. Wijn, als Geleerde en Staatsman geschetst*, 's Hage 1832, p. 20.

*Annalibus Noviomagensibus*, editis a. 1790, pag. 244. Haec quidem non incerta sunt. Praeterea veri videtur simile, avum, quem modo dixi, codicem accepisse e supellectile libraria patris Theodori Roukens, J. C. civitatis Neomagensis senatui ab actis et secretis; hunc e bibliotheca fratris sui Guilielmi Roukens, *primi nominis J. Cti*, iudice laudato *Annalium scriptore*, pag. 229.

Cum igitur fata codicis, testimoniorum auctoritate, describere non liceat, subsistendum mihi est in documentis non minus certis, quae ducuntur e similitudine eorum, quae in Roukensii codice hodie deprehenduntur, cum iis, quae de Boreeli codice tradidit Wetstenius.

In his documentis, primo loco, censendus est defectus duorum foliorum, quem in Boreeli codice deprehensum refert Wetstenius, in Roukensii codice nos animadvertisimus. *Uni* eorum inscriptae fuere decem ultimae sectiones (25—34) capituli octavi ex Euangelio Matthaei: ut adeo subsequens pagina initium capituli non exhibeat. Atque ita fit in codice Roukensii, a quo tamen abest non tantum hoc folium, sed omnis illa codicis pars, quae olim octo priora Euangelii capita continebat. *Alterum*, quod a Boreeli codice abfuisse folium, docet Wetstenius, continebat e Marci Euangelio capitulis undecimi sectiones 6—16. Id ipsum vero folium, una cum subsequenti, deest in codice Roukensii. Desinit enim antegressum folium in verbis: *οἱ δὲ εἰπον αὐτοῖς οὐ-*, quae initium faciunt sectionis sextae. Incipit autem folium, duo perperda subsequens, a verbis sectionis 26 *οὐγαροῖς ἄρην υμῖν*. Si igitur deficientium foliorum priori inscriptas putemus undecim sectiones, posteriori decem inscriptae censendae sunt: quae computandi ratio optime convenit cum universo codicis habitu.

Huic documento vicinum est in defectu priorum capitulorum Euangelii, a Matthaeo scripti. Boreeli actate iam perierant, certe a codice avulsa erant sex capita et quinque sectiones priores capituli septimi. Hae vero partes similiter in Roukensii codice desiderantur.

Aliud documentum prorsus singulare inest verbis, Indici capitulum, quibus constat Johannis Euangelium, subscriptis: *Χριστῷ τελετῷ χάρις*. Huiusmodi subscriptio tam est insolens, ut nihil ei simile alicubi notatum inveniam, nec consilium scribentis divinare queam. Quae insolentia non tantum movit Wetstenium, ad ea verba, in quibus huius codicis singulare est indicium, notanda, sed in oculos quoque incurrisse videtur scriptoris, qui, quamvis totum Johannis Euangelium praetermitteret, haec tamen verba describenda putaret. Ecce vero! haec ipsa verba splendent in Roukensii codice, ipso illo loco, quem indicavit Wetstenius.

Quartum, idque ambitu suo plenissimum, documentum est in lectionis varietate, a Wetstenio e codice Boreeli tradita, utique conspirante cum varietate, quam in Roukensii codice animadvertisimus. Quoad enim iudicare possumus de Boreeli codice, ex annotationibus Wetstenianis, hic codex, in iis partibus, quae, me iudice, supersunt in Roukensii fragmentis, dissentit trecenties sexagies et octies a textu, quem Wetstenius et Griesbachius, tanquam communi

usu receptum, fundamenti loco posuerunt. In his vero sunt triginta duae lectiones, quae, ad hunc usque diem, in nullo alio codice sint deprehensae; viginti sex, quae in nullo codice, uncialibus literis scripto, inveniantur; denique triginta tres, in quibus Boreeli codex non nisi unum eorum habeat socium. Omnes vero illas lectiones cernimus in Roukensi codice. Operae pretium facturus mihi videor, si singulas triplicis generis variantes lectiones indicem, addita admonitione de iis, quae neglectae sunt a Viris doctis, qui variantibus lectionibus, ex Boreeli quoque codice colligendis, operam dederunt.

Itaque primo loco commemoranda sunt triginta duae lectiones, quae, ad hunc usque diem, non nisi in Boreeli codice sint deprehensae.

Matth. IX: 1. Christus dicitur venisse in urbem *ἰδίαν*, h. e. eam, in qua ex itineribus redux solebat commorari. Noster codex satis inepite habet "*νόστιαν*". Quam proinde lectionem notatione indignam censuerunt Griesb. Schulz. et Scholz.

Matth. IX: 18. Sacro conventui praefectus precatur Christum, ut quantocius *ελθὼν* manus imponat morienti filiae suae. In aliis codicibus legitur *προσελθὼν*, quomodo et Boreeli codicem habere, triumviri modo laudati referunt. Sed perperam: legitur enim, referente jam Wetstenio, *προσῆλθεν*.

X Matth. IX: 5. Christus duodecim legatos *ἀπέστειλεν*. Librarius, invita verborum consecutione, sed deceptus subsequenti *παραγγεῖλας*, scripsit, eadem formâ, *ἀποστείλας*. Quod nemo post Wetstenu m indicavit.

Matth. XI: 8, 9. Christus, Johannem Baptistam in vincula coniectum laudans, semel atque iterum interrogat Iudeos: *quid visuri existis?* Verbum Aramaeum, quo usus est, Graece in Lucae Euangелио, Cap. VII: 24, 25, 26 vertitur per *ἔξεληλύθατε*, apud Matthaeum per *ἔστηλθετε*. Verum in Boreeli codice bis per *ἔξεληλύθατε*, semel sect. 7 per *ἔστηλθετε*. Nemo quoque post Wetst. id annotavit.

Matth. XIII: 43. *Qui aures habet ad audiendum*, inquit Christus, *ἀκουέτω*. Sed hanc vocem omisit librarius: quod nemo post Wetstenu commemoravit. Qui vero codicem contulit, potuisset addere, hoc verbum a seniori manu esse additum.

Matth. XIV: 22. Pro plurali *τοὺς ὄχλους* prima manus scripsit *τὸν ὄχλον*.

Matth. XIV: 23. Vox *μόνος* omissa est.

Matth. XVI: 3. omissum est *μέν*.

Matth. XVIII: 8. Pro *σκανδαλίζει* scriptum est *σκανδαλίζῃ*. Harum quatuor variantium nemo post Wetst. mentionem fecit.

Matth. XXIII: 27. Christus Phariseos assimilat sepulcris dealbatis, quae extrinsecus speciosa *φανορταται*. Addit Boreeli codex *τοῖς ἀροῖς*. Prouti ab hac lectione commemoranda abstinet Griesb., ita etiam Schulz. et Scholz., quamvis uterque versionem Italam et Patres Latinos laudet, hanc lectionem secutus.

Matth. XXIII: 33. In Christi comminatione πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κοίσεως, librarius neglexit praepositionem ἀπό. Id vero nemo nisi Wetst. indicavit.

Matth. XXVI: 33. Petri promissioni: *etiamsi omnes in te offenderint, ego nequaquam σκανδαλισθήσομαι*, denuo subiungit Boreelianus εὐ σοι. Cuius rei nemo post Wetst. mentionem iniecit.

Matth. XXVIII: 13. Verba: οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τυπὸς ἐλθόντες ἔκλεψαν αὐτὸν, ημῶν κοιμωμένων sic transposita leguntur: ἡμῶν κοιμωμένων οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, κ. τ. λ. Id quod praeter Wetst. nemo commemorat.

Marc. V: 6. Aliquis mente captus hominum Conservatori προσεκύνησεν. Hoc verbum commutatur in Boreeli codice cum προσέπεσεν, quomodo legitur in loco Lucae parallelo, cap. VIII: 28. Apud Wetst. enim duo haec verba inverso ordine esse legenda, cuique intelligenti perspicuum est. Nemo vero post eum huius varietatis mentionem fecit.

Marc. VI: 23. Herodes Antipas, narrante Marco, turpissima levitate ὠμοσεν. Librarius, referente Wetstenio, scripsit ὠμολόγησεν, sive, ut ille, in accentibus ponendis negligentior, dedit ὠμολόγησεν. Matthaeus, in loco parallelo, cap. XIV: 7 μεθ' ὄρχου ὠμολόγησεν, ubi vicissim nonnulli librarii, pro ὠμολόγησεν, scripserunt ὠμοσεν. Quod Schulzius ex eoque Scholzius addunt, Euthymium Zigabenum apud Marcum quoque legisse ὠμολόγησεν, id minus accurate dici, constat ex annotatione, quam huius editor de Matthei subiecit *Commentario in Euang.* Vol. I. pag. 575.

Marc. VII: 3. Pharisei dicuntur tenere veterum τὴν παράδοσιν. Has duas voces oscitantia librarii omisit: id quod unus notavit Wetst.

Marc. IX: 1. Christus: *verissime, inquit, vobis dico, in his, qui adstant, aliqui mortem non sunt gustaturi, ἵνα ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, κ. τ. λ.* Illud vero ἵνα non legitur in Boreeli codice. Rursus nemo praeter Wetstenium hoc animadvertis.

Marc. IX: 8. Triumviri, Petrus, Jacobus et Johannes, dicuntur, neminem amplius secum vidisse, nisi Jesum μόνον. Hoc μόνον, quod salva sententia abesse poterat, in uno Boreeli codice non invenitur. Neque hoc quisquam praeter Wetstenium indicavit.

Marc. IX: 43 et 45. Christus: *satius, inquit, tibi est, mancum et claudum ingredi Dei regnum, quam manibus pedibusque valentem coniici εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον.* Pro quo pressius codex Boreeli habet εἰς τὴν γέενναν τοῦ πύρος quomodo, in simili dicto, mox occurrit, sect. 47. Contra vero, hac ipsa sectione, habet εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον.

Marc. X: 26. Apostoli dicuntur Christi dictis perculti περισσῶς. Hoc vero adverbium in Boreeli codice praetermissum est. Nemo hanc varietatem praeter Wetstenium commemoravit.

Luc. I: 64. Lucas narrans, quid Zachariae acciderit, quo die infans filius circumcideretur, scribit: ἀνεψιθη δὲ (Boreeli codex non inepte addit καὶ) στόμα αὐτοῦ. Quam varietatem nemo nisi Wetstenius annotavit.

Luc. I: 78. Nemo quoque alius refert, a codice abesse ex hymno Zachariae haec verba: διὰ σπλάγχνα ἔλεος Θεοῦ ἡμῶν.

Luc. VII: 47. Christus profitetur mulieri, submissi gratique animi documenta edenti, condonata esse peccata. Lucas hic, ut Marcus cap. II: 5. utitur formā temporis perfecti attica vel dorica ἀφέωνται, cuius in locum substituit librarius formam praesentis vulgatiorem ἀφλονται. Hanc varietatem denuo unus notavit Wetstenius.

Luc. VIII: 2. Expulsa leguntur daemonia ἐπτά. Omisit hunc numerum librarius.

Luc. VIII: 22. De Jesu, navigium condescente, scribitur in vulgatis editionibus: αὐτὸς ἐνέβη. In Boreeli codice αὐτὸς ὁ ἵσ αὐτέβη, in qua dupli mutatione invicem iuncta nondum alias codex huic similis deprehensus est.

Luc. VIII: 30. Jesus daemonicum interrogasse legitur: ἐπηρώτησε. Sed in codice Boreeli riarior est forma, augmentum negligens: ἐπερώτησε, nonnisi a Wetstenio notata.

Luc. IX: 45. Quod de morte sua dixerat Christus, adeo non intelligebant discipuli, ut vererentur eum interrogare, περὶ τοῦ ὄγκου τούτου· sive, ut codex Boreeli brevius habet, περὶ τούτου. Id quod solus refert Wetstenius.

Luc. IX: 46. Id ipsum valet de particula δὲ, quam illius codicis scriba neglexit: uti et

» X: 13 de verbis καὶ σποδῷ, ab eo omissis.

His, secundo loco, addimus viginti sex lectiones, quae in uno pluribusve codicibus iunioribus inventae, in nullo uncialibus literis scripto occurrunt, nisi in Boreeliano.

Matth. IX: 1. In lectionis ecclesiasticae initio, post εὐθὺς inseritur ὁ ἵσ.

» X: 4. Notatur Judas, JESUM παραδόντος Boreeli codex habet παραδίδοντος quod, a Griesbachio et Schulzio silentio praeteritum, nec Scholzius animadvertisit, quamvis e codice Ingolstadiensi, postea Landshutensi, quem primus curatus contulit, afferat lectionem, nisi hanc ipsam, certe vicinam παραδίδοντος. Copula καὶ ante παραδόντος etiam omittitur a librario: neque id laudati triumviri notandum putarunt.

Matth. XIII: 41. Dicitur Christus aliquando missurus τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ. Boreeli codex hoc αὐτοῦ omisit. Quae varietas ab iisdem Viris criticis est praetermissa, quamvis Scholzius e codice iuniori Havniensi, n. 235 notaverit.

Matth. XVI: 3. Verba: καὶ πρωτὶ σήμερον χειμών· παρῆδετι γὰρ στυγνάσων ὁ οὐρανὸς neglexit librarius, oculo ab οὐρανῷ, quod praecessit, aberrante ad eandem vocem in fine huius sententiae.

Matth. XXI: 16. Interrogationi: ἀκούεις τι οὗτοι λέγοντες; praemittit librarius οὐκ, quod hac in causa significantius est.

Matth. XXV. Quae leguntur sect. 1 post λαμπάδας αὐτῶν usque ad λαμπάδας αὐτῶν vel ἑαυτῶν, sect. 3 neglecta sunt a librario. Annotavit Wetstenius: non item caeteri.

Marc. I: 29. Christus eiusque discipuli, narrante Marco, in domum Simonis et Andreeae ἡλθον.  
Boreeli codex habet εἰσῆλθον. Denuo hoc unus indicavit Wetstenius.

Marc. IV: 3. In parabola sator dicitur exiisse, ut sereret. Addunt e recentioribus codices nonnulli τὸν σπόγον αὐτοῦ, quod in loco Lucae parallelo legitur, c. VIII: 5. E vetustioribus non nisi Boreeli codex laudatur.

Marc. VI: 56. Christo aegroti offeruntur, quounque iter faceret, εἰς κώμας, ἢ πόλεις, ἢ ἀγρούς. Pro ἢ ante πόλεις repetitur εἰς, notante solo Wetstenio.

Marc. VII: 4. Pharisaci dicuntur a foro redeentes non edere, nisi βαπτίσωνται (aor. 1 subi. med.) In cod. Boreeli scriptum est βαπτίζωνται (praes. subi. pass. aut med.) Notante Wetstenio, non nisi unus e recentioribus id ipsum habet. Griesb. Schulz. et Scholz. hanc neglexerunt lectionem, quamvis alias haud meliores notarint.

Marc. VIII: 25. Qui oculorum usum mirifice consecutus fuerat, ἐνέβλεψε. Sic omnes codices vetustiores, excepto Boreeliano, qui habet ἀνέβλεψε, quod convenit cum modo praegresso: ἐποιησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι.

Marc. VIII: 38. Christus dicitur venturus μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἀγίων. Sed Boreeli codex, loco τῶν ἀγίων, scribit, αὐτοῦ, quomodo legitur apud Clementem *Alexandrinum* et alibi in Euangeliis, ut c. XIII: 27. Matth. XIII: 41. XVI: 27. XXIV: 31.

Marc. IX: 45. Verba εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν transponuntur in εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν. Quam lectionem, praetermissam a Griesbachio et Schulzio, negligere non debuerat Scholzius, ipsam hanc varietatem e iunioribus codicibus proferens. — Simile quid locum habet

Marc. XII: 28. ubi audit laudatque Jesum dicentem εἰς τῶν γραμμάτων, in Boreeli codice εἰς γραμμάτευσ.

Marc. XIV: 37. Christus Petro dormienti: *nonne*, inquit, *per unam horam potes vigilare?* Addit librarius: μετ' ἐμοῦ; ductum e simili increpatione, quam refert Mattheus, c. XXVI: 40. Post Wetstenium nemo hanc varietatem notavit.

Marc. XIV: 44. In impio Judae proditoris dicto: *prehendite eum tutoque ἀπαγάγετε*, pro verbo composito, substituit librarius simplex ἀγάγετε.

Marc. XV: 25. Marcus horam, qua Conservator noster cruci fuit fixus, sic indicavit: ἦν δὲ ὥρα τριτη. Vocabulm δὲ omittit Boreeli codex: notante, praeter Wetstenium, nemine, ne Scholzio quidem, eandem lectionem afferente ex iuniori Euangelistario.

Luc. I: 1. In prologo laudat Lucas multos scriptores πεπλροφορημένον ἐν ἡμῖν προφήταις. Praepositionem ἐν omittit librarius.

Luc. III: 19. Euangelista narrans de Johanne Baptista, populares suos monente, addit, Herodem Tetrarcham quoque reprehensum fuisse ἵπτ' αὐτοῦ. Quae narrationis pars cum initium ficeret

lectionis ecclesiasticae, librarius, perspicuitatis causa, scripsit ὑπὸ Ἰωάννου. Atque ita in versionibus Syriaca, Coptica aliisque legitur.

Luc. VII: 8. Centurio, Christi opem implorans servo suo, eiusque potestatem in morbis abigendis comparans cum auctoritate, qua ipse suos milites servosque ire iuberet: *ego, inquit, etiam milites habeōντ' ἐμαυτόν.* Pro quo, contra leges grammaticas, codex Boreeli aliique iuniores exhibent ὑπ' ἐμαυτοῦ.

Luc. VII: 38. Ad pedes Christi, apud Simonem Phariseum coenantis, constitisse legitur mulier οὐλαίουσα. Hanc vero vocem ignorant, et codex Boreeli, et pauci recentiores, item Latina versio vulgata.

Luc. VII: 47. Christus, Phariseum reprehendens, foeminam laudans: ὦ δὲ, inquit, ὀλίγον ἀφετεῖαι, ὀλίγον ἀγαπᾷ. Sed ordinem invertit librarius, scribens: ὦ δὲ ὀλίγον ἀγαπᾶ, ὀλίγον ἀφετεῖαι.

Luc. IX: 2. Pro λασθαι Boreeli codex habet λασαθαι, quo et Lucas usus est cap. IV: 18. Eandem lectionem e codice iuniore notavit Scholzius, neglecto nostro. Griesbachius et Schulz. neutrum memorant.

Luc. IX: 49. Johannes magistro suo narrat, quomodo actum fuerit cum quopiam homine, Christi nomen professo, *qui*, ita inquit, *non sequitur μεθ' ὑμῖν.* Boreeli codex habet ὑμῖν.

Luc. X: 38. In lectionis ecclesiasticae initio a librario inseritur ὁ τις, post εἰσῆλθεν. Cuius rei mentionem non faciunt Griesb. Schulz. aut Scholzius, quamvis hic eandem lectionis varietatem e codice iuniori afferat.

Tertium denique damus locum triginta tribus lectionibus, in quibus Boreeli codex non nisi unum habet socium e codicibus, qui uncialibus, pariter atque ille, scripti sunt literis.

Matth. X: 19. Christus bono animo Apostolos esse iubet, si quando inimici eos παραδιδῶσιν. Hic in Boreeli codice scriptum est παραδίδωσι (1 sing. ind.) manifesto librarii errore, in quo tamen socium habet scribam codicis Mosquensis V., quem doctum diligentemque et optimo exemplari usum dicit de Matthaei. Scholzius perperam in varias lectiones retulit παραδιδῶσιν, quod est in textu. Caeterum prava ea lectio in omnibus Erasmi editionibus exstat, ex iisque in alias fluxit.

Matth. X: 24. Christus: *non est discipulus*, inquit, *super τὸν διδάσκαλον.* Addit ἀντοῦ Boreeli codex. Quam lectionem Scholzius ex uno codice M. (in biblioth. reg. Paris.) annotavit, neglecto nostro. Nihil de hac varietate retulerunt Griesb. et Schulz.

Matth. XIII: 19. Mentionem facit Christus hominis, doctrinam divinam audientis, non vero συνέργος. In Boreeli codice legitur συνόρτος, quocum facit codex D. (Cantabr.). Hanc varietatem nec Griesb. notavit, nec Schulz. Scholzius vero eam e codice recentiore eruit, neglectis duobus vetustioribus.

Matth. XIII: 21. Pro eo, quod in vulgato textu est ἔχει δὲ, Boreeli codex tantummodo habet

*χει.* Quam varietatem praetermisserunt Griesb. et Schulz. Scholzius e cod. L. (bibliothe. reg. Paris.) annotavit, nulla *Boreeliani* codicis ratione habita.

Math. XIII: 47. Pro vulgato *συναγαγούσῃ* Boreeli codex habet *συναγούση*, cum eoque unus *Colbertinus*, referente Wetstenio. Griesbachius vero, Schulz. et Scholzius nihil ea de re scribunt.

Math. XV: 18. Neutrum plurale sequitur verbum singulare *ξέρεται*, in Boreeli codice plurale *ξέρονται*, quomodo etiam legitur in laudato codice M. (bibliothe. reg. Paris.).

Math. XVII: 12. Pro *ἐποίησαν ἐν αὐτῷ*, quod Hebraismum sapit, librarius, ad linguae Graecae indolem, omisit praepositionem *ἐν*. In quo facit cum Scriptore codicis D. (*Cantabr.*).

Math. XXI: 24. Jesus adversariis suis: *et ego*, inquit, *vos interrogabo λόγον ἐνα*. Transpositis vocibus, Boreeli codex, una cum D. (*Cantabr.*) habet *ἐνα λόγον*.

Math. XXII: 24. Pro vulgato *ἀναστήσει*, *Boreelianus* habet *ξαναστῆσει*, una cum codice G. (Wolfii I.) Hunc laudat Scholzius: negligit *et illum*, *et plures iuniores*. Griesb. et Schulz. hanc lectionem non curarunt.

Math. XXII: 35. Simplici *νομικὸς* additur *τις*, prouti in eodem codice G. Denuo Scholzius hunc laudat, de eo silet. Griesb. et Schulz. ab utroque memorando abstinent.

Math. XXVI: 63. Nomen *Ιησοῦς*, quod, salva sententia, abesse poterat, omissum est in Boreeli codice, et in E. (*Basil.*) Utrumque nemo nisi Wetstenius indicavit.

Math. XXVI: 50. Adverbium *πάλιν*, quo carere possunt lectores, praetermisit librarius, neque exstat in codice L. (bibliothe. reg. Paris.). Praeierant Origenes, Chrysostomus et Cyrillus *Alex.* Secuti sunt iuniores librarii.

Math. XXVII: 32. Pro aor. *εὑρον* imperfectum *ἡνυρον* habet codex G. (Wolfii I.) Neque aliter accipiendum est, quod in codice Boreeli lectum traditur *ἡνυρον*. Quam varietatem, ita acceptam, notavit Wetst., nemo autem post eum.

Marc. III: 28. *Hominibus*, inquit Dominus noster, *omnia condonabuntur τὰ ἀμαρτήματα*. Hae duae voces, quae, salvâ sententiâ, abesse possunt, omissae sunt in codice uno e *Colbertinis*, teste Simonio, quamquam Scholzius, qui eos nuper contulit, huius rei mentionem non facit. Omnes autem, *et codicem Boreeli, et versionem Copticam adducunt*.

Marc. V: 13. *Τὰ πνεύματα* dicuntur *τὰ ἀκάθαρτα*: sed hoc epitheton non additur in Boreeli codice, quemadmodum in Cod. A. (*Alexandrino*) a prima manu non fuit scriptum.

Marc. VI: 14. Memoratur *ὁ βασιλεὺς ἡρώδης*. Inverso verborum ordine, dicitur *ἡρώδης ὁ βασιλεὺς*, in codice D. (*Cantabr.*) et *Boreeliano*.

Marc. VI: 34. Christus dicitur *διδάσκειν αὐτοὺς πολλά*. Sed, contra leges Grammaticas, exstat, in codicibus modo laudatis, *αὐτοῖς*. Hoc vero nemo post Wetstenium retulit.

Marc. VII: 20. Ὑλεγε dicitur de Christo. Perperam in utroque illo codice ἔλεγον.

Marc. VIII: 15. Christus suis discipulis διεστέλλετο. Sic in vulgato textu legitur, quemadmodum Marc. VII: 36. Sed, in codice Boreeli, prout in (*Basileensi*) E. διεστεῖλατο, quomodo c. V: 43. VII: 36. IX: 9. et Matth. XVI: 20. Praeterierunt hanc varietatem Griesb. et Schulz., in quo excusandi hi sunt: minus vero Scholzius, qui eam e iunioribus codicibus attulit.

Marc. X: 19. Christus iuveni in memoriam revocat mandatum divinum: τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα. Boreeli codex, una cum C. (*Ephremi rescripto*) repetit pronomen σου post μητέρα, quomodo legitur in loco parallello, Luc. XVIII: 20. Griesbachius huius lectionis mentionem non fecit.

Marc. XI: 1. Quemadmodum, in nominibus urbium et vicorum, multiplex esse solet discrepantia, ita nominatim in vico, qui plerumque scribitur Βῆθφαγῆ, cuius non nisi semel in vita Jesu fit mentio a tribus prioribus Euangelistis. Scribitur autem hoc loco Βῆθσφαγῆ, conspirante uno codice (*Vaticano*) B. a secunda manu, cum prima scripsisset Βῆθφαγῆ. Editio *Complutensis* habet quoque Βῆθσφαγῆ.

Marc. XI: 1. In hunc vicum Dominus noster legitur misisse duo legatos, quos ἀποστέλλεται. Sed librarius, loco praesentis temporis, adhibuit aoristum ἀπέστειλεν, in quo cum eo facit scriptor codicis C. (*Ephr.*). Praeterierunt hanc varietatem Griesb. et Schulz. Qui vero eam attigit Scholzius, horum codicum mentionem, a Wetst. factam, neglexit.

Marc. XII: 41. Jesus vidit in sacrum aerarium dona sua iniicienes divites et viduam pauperem. Illi ἐβαλλον. In Boreeli codice et *Mosquensi* V. ἐβαλον: quomodo haec paupercula, sect. 42, ἐβαλε. Theophylactus quoque ita legit: neque aliter ediderunt *Complutenses*.

Marc. XIII: 19. Praedicit Christus tempora dirissima prope instantia, quorum similia neque antea fuissent, nec postea essent futura: καὶ, inquit, οὐ μὴ γένηται. In codice Boreeli et G. (Wolfii I.) triplex est negatio οὐδὲ οὐ μὴ γένηται, quomodo legitur in loco Matthei parallello, cap. XXIV: 21, uti et Marc. XIV: 25. οὐκέτι οὐ μὴ πέσω.

Marc. XV: 35. In voce nonnullorum, Christi cruci adstantium: ecce, *Eliam vocat*, pro vulgato ἴδον, codex B. (*Vaticanus*) et *Boreelianus* habent ἴδε.

Luc. I: 42. Elizabetha, visa virgine Maria, magna voce ἀνεγόνησε, sive, uti est in codice C. (*Ephr.*) et *Boreeliano*, ἀνεβόησε.

Luc. I: 50. Maria, in hymno suo, laudat Dei misericordiam, quae perduret εἰς γενέας γενέων, sive, ut habent codices Boreeli et M. (*Reg. Paris.*) εἰς γενέαν καὶ γενέαν.

Luc. I: 51. Sancta illa virgo laudibus extollit Dei potentiam, quae dissipet ὑπερηφάνους διανοίας καρδίας αὐτῶν. Sed, pro διανοίᾳ, Boreeli codex, una cum E. (*Basil.*) habet διανοίας.

Luc. IV: 16. Jesus dicitur Nazarethae educatus, τεθραμμένος, sive, uti est in codice Boreeli et L. (*Reg. Paris.*) ἀναθραμμένος, quomodo etiam Eusebius et *Cyrillus Alex.* referunt.

Luc. V: 30. Contra Jesu discipulos, cum vectigalium exactoribus convivantes, fremuisse leguntur *οἱ γραμματεῖς αὐτῶν*. Hoc vero *αὐτῶν* cum sit insolens et dubiae interpretationis, omissum est in codicibus, cum D. (Cantabr.) tum *Boreeliano*.

Luc. VIII: 24. Christus vento et procellae imperasse legitur: quo facto *ἐπαύσατο*. Boreeli codex et G. (Wolfii I.) numerum singularem habent *ἐπαύσατο*, quomodo et *Cyrillus Alex.* legit.

Luc. IX: 1. Initium fit lectionis ecclesiasticae: quapropter codex Boreeli, una cum modo laudato codice G (Wolfii I.), supplendae orationis causa, addidit *ό* *ī*.

Luc. IX: 47. Dicitur Jesus hominum cogitata *ἰδὼν* in Boreeli codice uti et K. (Cyprio) *εἰδὼς*.

Quintum denique argumentum, quo probari posse putamus, Roukensii codicem a *Boreeliano* non esse diversum, est in mutatione, quam huius codicis lectio, duobus sive tribus in locis, referente Wetstenio, subiit: quae ipsa mutatio in Roukensii codice conspicitur.

*Unus* est Matth. XIV: 22 ubi, pro recepto *τὸν ὄχλον* a *prima manu* scriptum fuisse *τὸν ὄχλον*, refert Wetstenius: quo ipso indicat, secundam manum scripsisse lectionem vulgatam. Ita vero comperimus, in Roukensii codice factum esse. *Alter* locus est Marc. VII: 32. ubi, referente Wetstenio, scriptum est in Boreeli codice *μογγιλάλον*, *ex emendatione*, unde efficitur, primum scriptum fuisse vulgo receptum *μογιλάλον*. Atque ita in Roukensii codice manus et primi scriptoris et emendatoris conspicitur. In indice capitum est *μογγιλάλον*. Tertius, ni fallar, addi potest locus e Matth. XXV. ubi, referente Wetstenio, inter sect. 30 et 31, a secunda manu inseruntur haec verba: *ταῦτα λέγων ἐφώνει ὁ ἔχων ὥτα ἀκούειν ἀκούετο*. Haec enim, formâ literarum minutiori, textui, rubris literis scripta, sunt inserta. Nondum tamen mihi persuadeo, haec a manu seniori esse addita. Videntur potius descripta ab ipso librario e codice, in quo ad marginem erant collocata.

Haec igitur sunt documenta, quibus satis liquido perspicitur codicem Boreeli a Roukensii codice nequaquam esse diversum.

Attamen fateor, ea, quae in Roukensii codice hodie cernuntur, non omnino conspirare cum iis, quae de Boreeli codice Wetstenius narravit e relationibus eius, qui hunc codicem Sec. XVI, cum editis contulit: de qua discrepantia quid sit iudicandum, paucis dicendum erit.

*Si*, Boreelio nuper mortuo, codex non nisi partibus a Wetstenio indicatis fuerit diminutus, postea ceteris privatus est foliis, quae nunc plura desunt. Similem iacturam bene multi codices passi sunt.

In codice Roukensii deprehenditur multo maior variantium lectionum numerus, quam annotatum reperimus a Wetstenio: et in his ipsis annotatis nonnulla sunt pugnantia cum iis, quae in Roukensii codice leguntur. Utriusque vero discriminis causa quaerenda est, non in collato codice, sed *vel* in eo, qui codicem ante haec duo secula contulit, *vel* in Wetstenio, illius annotata in librum suum transferente.

Qui Boreeli codicem cum editis contulit, si quidem satis fuerit doctus, potuit tamen in conferendo multis errare modis, prouti ab iis, qui primi codices perlustrarunt, plurimi commissi fuere errores, postea detecti ab aliis, maiorem diligentiam molestique laboris patientiam adhibentibus. Ea vero accuratio, quam hodie postulamus in conferendis codicibus, aliena erat a tempore, quo iste vixit et a laboris suscepti consilio: cuius enim labores per integrum latuerunt seculum, is non tam publicam utilitatem, aut nominis sui famam, quam privata sua literarum studia spectasse videtur. Nec satis ei temporis datum fuisse, ad opus rite absolvendum, ex eo colligimus, quod in eo substiterit, ubi ad undecimum Euangelii Lucani caput venerat. Quae vero ille e Boreeli codice excerptis, pleraque varias nobis lectiones praebent, aliquam sententiae bonitatem habentes, paucas vero, manifesto falsas, ridiculas, legibus grammaticis contrarias, cuiusmodi tamen lectiones, in nullo non codice, ne praestantissimo quidem excepto, invenias plures. Iccirco, e paucitate lectionum, e codice Boreeli delectarum, comparata cum maiori numero variantium lectionum, in Roukensii codice conspicuarum, nullo nobis iure colligere licet, hunc ab illo esse diversum. Haec de viro illo docto sunt dicta, cuius excerptis usus fuit Wetstenius.

Ipsum vero Wetstenium quidni aliquando, in describendis suoque singulis loco et ordine collocandis lectionibus, errasse credamus? Quanta enim opus sit cura et diligentia, in variis lectionibus e diversorum annotatione colligendis, singulisque suo loco et ordine disponendis, quantoque cum labendi periculo labor iste sit coniunctus, nemo, nisi huiusmodi curas expertus, facile crediderit. Nec raro humani quid passum fuisse Wetstenium docuerunt, qui labores eius de industria excusserunt. Quo facto errores non paucos, a Viro Clarissimo et praecclare de Novi Foederis Critice merito commissos, in lucem protulerunt Woidius, in edito codice Alexandrino; (conf. Praef. §. 25. et *Varietates codicis Alexandrini*, editioni adiectae), Griesbachius, in descriptione codicis L. (*Symbolorum Criticarum* Tom 1. pag. LXXII—LXXIV.), Scholzius, in descriptione codicis K. (*Curarum Criticarum in historiam textus Euangeliorum*, pag. 80—90. et emendatus in *Novi Testamenti* editione) et Jac. Dermout, in descriptione codicum Petavii 1. et Scaligeri, (in *Collectaneis Criticis*).

III.

## INDEX

## CODICIS BOREELIANI, NUNC RHENO-TRAJECTINI.

<i>pag.</i>			
1—36. Matth.	I:	1—VII:	5. iam aberant, Boreelio nuper mortuo.
37—48.	»	VII:	6—VIII: 34. postea avulsae sunt.
49.	»	IX:	1. <i>Kai ἐμβὰς</i>
50.	»		Matth. IX: 6. <i>ἀφιέναι</i>
51. a.	»	»	6. <i>ἀμαρτίας</i>
b.	»	»	» 11. <i>οἱ φα</i>
52. a.	»	»	12. .... <i>εἰς λατροῦ</i>
b.	»	»	» 13. <i>καλέ</i>
53.	»	»	14. .... <i>ενομεῖν</i>
54.	»	»	» 15. <i>ἐστιν ὁ τυμφίος</i>
55.	»	»	16. .... <i>φου</i>
56.	»	»	» 17. <i>φῆγυνται</i>
57.	»	»	18. <i>ιδού</i>
58.	»	»	» 19. <i>καὶ</i>
59.	»	»	» 20. <i>εἰσελθῶν</i>
60.	»	»	» 21. <i>ἐκράτησεν</i>
61. a.	»	»	» 22. <i>Αὐτῶν</i>
b.	»	»	» 23. <i>πολὺς</i>
62. a.	»	»	» 24. <i>οἱ δε</i>
b.	»	X:	X: 4. <i>πα</i>
63.	»	X:	4. <i>ραδιδοὺς</i>
64.	»	»	» 11. <i>δ' ἀν</i>
65.	»	»	» 16. <i>φρόνιμοι</i>
66.	»	»	» 22. <i>μισοῦμενοι</i>
67.	»	»	» 26. <i>γνωσθήσεται</i> .
68. a.	»	»	» 27. <i>Ο λέγω</i>
b.	»	»	» 28. .... <i>εἰσθε ἀπὸ</i>
69.	»	»	» 29. <i>Oὐχὶ</i>
70.	»	»	» 30. <i>πᾶσαι</i>
71. a.	»	»	» 32. <i>εμπροσθεν τοῦ</i>
b.	»	»	» 33. <i>τοῦ πρὸς μ</i>
72.	»	»	» 35. <i>θιγατέρα</i>
73.	»	»	» 37. <i>φιλῶν πρᾶ</i>
74.	»	»	» 32. <i>αὐτήν καὶ</i>
75.	»	XI:	XI: 2. <i>ἀκούσας</i>
76.	»	XI:	2. <i>ἐν</i>
77.	»	»	» 8. <i>μαλακοῖς</i>
78.	»	»	» 13. <i>προφῆται</i>
79.	»	»	» 20. <i>ἥρξατο ὄνει</i>

pag.	67. Matth. XI: 20. δέσετω τὸς	Matth. XI: 25. σοι πέρι
68.	» 25. ζε τοῦ	» XII: 1. καὶ ὁ ἐπορέν
69—72.	[ » XII: 1. θη ὁ	» » 44. ἐξῆλ] desunt.
73.	» 44. θον· καὶ	» » 48. ἀδελφοὶ μου·
74.	» » 49. Καὶ ἐκείνας	» XIII: 5. ἄλλα
75.	» XIII: 5. Λὲ	» » 11. οὐ δέδοται·
76.	» » 12. Οστις γὰρ	» » 15. αὐτούς·
77.	» » 16. Ὑμῶν δε	» » 21. διωγμοῦ
78.	» » 21. διὰ	» » 26. δε
79.	» » 26. ἐβλάστησεν	» » 30. συραγάγετε εἰς
80.	» » 30. τὴν	» » 35. ἐγθὲν
81.	» » 35. δια	» » 40. συλλέγεται.
82.	» » 40. τὰ	» » 44. καὶ ἀγο
83.	» » 44. ν ἀγόν	» » 50. τὴν κά } Pars folii est
84.	» » 50. μνον τοῦ	» » 55. μηρ ἀντον } abscissa.
85, 86.	[ » » 55. λέγεται	» XIV: 9. ὅρκους] desunt.
87.	» XIV: 9. καὶ τοὺς	» » 15. αἰτῶ
88.	» » 15. οἱ	» » 20. ἔχοντάσθησαν·
89.	» » 20. καὶ ἡραν	» » 26. Καὶ ἡ
90.	» » 26. δόντες αὐτὸν	» » 31. τι
91.	» » 31. ἐδιστασας·	» XV: 2. σου
92.	» XV: 2. παραβατονσιν	» » 8. ἐγγί
93.	» » 8. ζει με	» » 14. τυφλοὶ
94.	» » 14. τυφλῶν·	» » 20. χερσιν
95, 96.	[ » » 20. φαγεῖν.	» » 31. τοὺς] deest.
97.	» » 31. ὄχλους.	» » 35. γῆν·
98.	» » 36. Καὶ λαβὼν	» XVI: 2. ὄντος·
99.	» XVI: 3. ὑποκρετά·	» » 9. μημονένετε
100.	» » 9. τὸνς	» » 14. προφητῶν·
101.	» » 15. Λέγει	» » 20. ἵνα μη
102.	» » 20. δεν ἐπιώσιν·	» » 24. ἀπαρνησάσθω ξ
103.	» » 24. αυτὸν καὶ	» » 28. ἀντοῦ·
104.	» XVII: 1. Καὶ μεθ	» XVII: 5. ἐκ
105.	» » 5. τῆς	» » 11. πρώτον·

pag.	Matth. XVII: 11. καὶ	Matth. XVII: 17. γενεᾶ ᾧ
106.	» » 17. πιστος καὶ	» » 21. ηγιστεῖα·
107.	» » 22. Ἀναστρέφομένων	» » 26. ἵς·
108.	» » 26. ἀράγε	» XVIII: 5. ἐν
109.	» XVIII: 5. ἐπὶ	» » 9. σε
110.	» » 9. ἐξελε	» » 13. τοῖς ἐνενήκοντα
111.	» » 13. ἐννέα	» » 18. λύσητε ἐπι τῆς γῆς.
112.	» » 18. ἐσται λελυμένα	» » 24. συνάριστιν
113.	» » 24. προστρέχθη	» » 29. σύνδουλος ἀντοῦ
114.	» » 29. ἐις	» » 34. ἀντῶ·
115.	» » 35. Οὗτος	» XIX: 4. ἀντούς·
116.	» XIX: 5. Καὶ ἐπεν	» » 10. ἀντοῦ·
117.	» » 10. εἰ	» » 14. γαρ
118.	» » 14. τοιούτον	» » 20. ὑστερώ·
119.	» » 21. Ἐφη	» » 26. ἀντοῖς
120.	» » 26. παρὰ ἄνοις	» » 29. κληρονομήσει·
121.	» » 30. Πολλοὶ	» XX: 6. ἐστιῶτας
122.	» » 6. ὀργοῖς·	» » 12. καὶ ἵ
123.	» » 12. σους ἡμῖν	» » 18. ἀνὸν παρα
124.	» » 18. δοθῆσεται	» XXI: 5. ἐπὶ ] desunt.
125.	» XXI: 5. ὅνον	» » 10. λέγοντα·
126.	» » 10. τίς	» » 15. παίδας κρά
127.	» » 15. ζοντας ἐν	» » 20. ἐθαύμασαν
128.	» » 20. λέγοντες·	» » 24. ερῶ
